



1
2
3


1
2
3


1
2
3
4
5
6

ACTA SEU STATUTA

Synodi Trifluvianensis Primae

IN CIVITATE TRIFLUVIANENSI
CELEBRATAE

DIE VIGESIMA OCTAVA AUGUSTI

Praeside Reverendissimo F. X. Clontier, Episcopo.

ANNO DOMINI MCMXI.

TRIFLUVII
Ex typis Officinae "Le Bien Public"
MCMXII

ACTA SEU STATUTA

Synodi Trifluvianensis Primae

IN CIVITATE TRIFLUVIANENSI
CELEBRATAE

DIE VIGESIMA OCTAVA AUGUSTI

Praeside Reverendissimo F. X. Cloutier, Episcopo.

ANNO DOMINI MCMXI.

TRIFLUVII
Ex typis Officinae " Le Bien Public
MCMXII.

Nihil obstat

Lud. Chartier, Censor.

Die 9a dec. 1912.

Imprimatur

† F. X. Cloutier, Episc. Trifl..

Trifluvii, die 9a dec. 1912.

PROOEMIUM

Synodi Trifluvianensis primæ, die 28 augusti 1911 celebratæ, acta seu statuta præsenti opusculo typis mandamus ac denuo promulgamus.

Eo opportunior omnibus videbitur hujusmodi editio quo majoris momenti sunt leges et decreta in ipsa revocata et in synodalibus deliberationibus tractata, quippe quæ fere omnia S. Sedis Constitutionibus et SS. Congregationum præscriptionibus recentissime promulgata sint ; quorum inde usum et executionem expeditiora facienda pro comperto licet.

Diuturnum Ecclesiæ experimentum de his conventibus satis superque testatur quantum utilitatis, tum ad fidem conservandam et dilatandam, tum ad abusus evellendos, tum ad ecclesiasticæ disciplinæ studium ipsumque unitatis spiritum inter pastores augendum, ex ipsis sit expectandum.

Hisce haud exiguis fructibus consequendis ac primæ nostræ Synodi felici exitu permoti, imo, ut Ecclesiæ id omnino jubentis obsequamur manda-

tis, nobis est in votis posthac Synodos diœcesanas indicere et convocare, in quibus, Conciliorum Provincialium, maxime vero Primi Concilii Quebecensis præcipuis decretis et postea legibus diœcesanis sedulo perpensis, sincero studio omnes in unum cooperantes, media idonea praebere possimus quibus efficaciori eorumdem executioni melius consulatur.

Ex decretis in præsenti opusculo contentis, quibus annotationes nonnullas addimus, ex conciliis provincialibus, *Disciplina* Quebecensi et S. Sedis Statutis desumptas, "Collectanea Diœcesana," haud parvas nec paucas utilitates paritura, postremo oritura esse, apprime auspicamur et confidimus.

LITTERAE INDICTIONIS

Primae Synodi In Urbe Trifluviana Celebratae.

Franciscus Xaverius Cloutier, Dei et Apostolicae Sedis Gratia, Episcopus Trifluvianus, dilecto utrique Clero Saeculari et Regulari Nostrae Dioecesis Salutem et Benedictionem in Domino.

Uberrimos fructus gignere Synodos diœcesanas testis exsistit jugis Ecclesiæ adhortatio ut quam frequentissime habeantur istæ piæ Congregationes. In his enim colloquiis, Pastor cum clero, communi consilio, diœcesis providet necessitatibus, et media, quibus promovetur pietas, depelluntur errores, populusque bonis informatur moribus, efficaciori modo proponit.

Eo magis urgere videtur necessitas Synodorum quo frequentiores sunt, hisce nostris potissimum diebus, disciplinæ ecclesiasticæ legum emendationes, sollicitudine Pontificum, adjunctis temporum accommodatæ. Unde, ad majorem in explicandis Ecclesiæ præceptis uniformitatem et ut vires omnium, amico consilio conjunctæ, validiores evadant, Nos, his præsentibus Litteris, indi-

cimus Synodum. Trifluvianam primam. Quem conventum in gloriam Dei atque diœcesis animarum bonum cessurum, maxime in promovendis operibus socialibus, quibus nostra tantopere indiget ætas, confidimus.

Quapropter, invocato nomine Sanctissimæ Trinitatis et implorato auxilio Beatæ Mariæ Virginis in cœlos Assumptæ, Ecclesiæ Nostræ Cathedralis patronæ, in Domino præcipimus ac mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, ut venerabiles Cathedralis Nostræ Dignitates, Canonici, itemque omnes qui curam animarum gerunt, ac quicumque alii de jure vel consuetudine Synodo interesse tenentur, die vigesima octava (feria IIa), mense augusti, hora octava A. M., in Ecclesia Seminarii conveniant, ad dictam Synodum celebrandam. Ceteri autem sacerdotes, Nobis subditi, libenti animo invitantur ut Eidem adsistant prout illud sinunt officia propria atque parochiarum necessitas.

Ne vero hujus Nostri præcepti ac convocationis ignorantia prætendi valeat, volumus ut præsentes Litteræ typis impressæ ad omnes et singulos presbyteros Nostræ diœcesis mittantur. Quodsi autem quis vestrum aliquo detineatur

impedimento, Nostri erit judicare de rationum legitimitate.

Sed, quoniam in vanum domum ædificare contendimus nisi Dominus nobiscum laborare velit, lumen Spiritus Sancti implorare non prætermittamus; idcirco a prima die augusti ad usque exitum Synodi mandamus ut orationi jam imperatæ addatis collectam de SPIRITU SANCTO pro re gravi.

Tandem Deum, a quo bona cuncta procedunt, enixe exoremus ut opus, Ipsius nomine, pro gregis Nostri profectu incoeptum, benedicere et ad felicem faustumque ducere dignetur exitum.

Datum ex Aedibus Nostris die vigesima sexta julii anni Reparatæ Salutis millesimi noningentesimi undecimi.

† F. X. CLOUTIER, Episc. Trifluv.

De speciali mandato
Reverendissimi Episcopi,

U. MARCHAND, Pter,
Can. Cancellarius.

SESSIO SOLEMNIS PRIMA

Die vigesima octava mensis septembris, anno Domini millesimo nongentesimo undecimo, Revedissimus Episcopus Trifluvianensis, omnes sacerdotes utriusque cleri curam animarum habentes, pluresque alii Synodales convenerunt in ædibus Seminarii primam diœcesanam celebraturi Synodum.

Hora vero octava, omnibus rite dispositis, ex aula paramentorum processerunt ad Capellam Seminarii ubi missam de "Spiritu Sancto" celebravit Reverendissimus Episcopus.

Absoluta missa, mutatisque paramentis, Synodales cum choro preces et psalmos cantaverunt juxta Pontificale Romanum. Deinde REVmus Præsul sermonem habuit ad clerum ; quo finito, Synodum apertam declaravit.

Tunc Secretarius, jubente Episcopo, legit decreta : "De modo vivendi," "De ministris synodalibus," "De præjudicio non afferendo," "De non discedendo." Postea enuntiati fuerunt Synodi Officiales, qui assuetum juramentum præstiterunt.

PROMOTORES

Reverendus Can. U. Marchand et Rev. Dominus G. E. Panneton.

SECRETARII

Rev. Can. Ludovicus Chartier et Rev. Dom. Dionysius Gélinas.

JUDICES QUERELARUM ET EXCUSATIONUM

REVmus H. Baril, P. A. V. G., Petrus Marchand et Nap. Caron, Canonici.

NOTARII

Rev. Dominus Alfredus Comtois et Rev. Dom. Hector Marcotte.

MAGISTRI CAEREMONIARUM

Rev. Dominus Ephrem Paquin et Napoleo Bastien.

CANTORUM MODERATOR

Adm. Rev. Can. Leo Arcand.

Omnes Synodales, rogatu Promotorum, a Secretario singulatim vocati sunt et professionem Fidei emiserunt. His expletis, hora decima an-

temeridiana indicta fuit a Præside ad persequendam sessionem.

ELENCHUS SYNODALIUM

Præses : Reverendissimus F. X. Cloutier, Episcopus Trifluvianensis.

SYNODALES.

Reverendissimus Hermylius Baril, P. A. V. G.
Reverendissimus Joannes Baptista Comeau, V.G.
Reverendissimus Dionysius Gérin, Prælatus S. S.
Admodum Rdus Can. Napoleo Caron, Parochus.
" " " Narcissus Tessier, Parochus.
" " " Ferdinandus Béland, Parochus.
" " " Telesphorus Laflèche, Parochus.
" " " Aloysius Denoncourt, Parochus.
" " " Ubaldus Marchand, Cancellarius.
" " " Leo Arcand, Sup. Semin.
" " " Alexander Moreau, Professor.
" " " Ludovicus Chartier, Sem. Majoris Rector.

Admodum Rdus Can. Hyacinthus Trahan, Parochus.
" " " Petrus Marchand, Parochus.
" " " Carolus Oliverus Savoie, Parochus.

Rdus Michael Janelle
" Joannes Baptista Grenier, Parochus.
" Prosper Cloutier "
" Theophilus Joyal "
" Eugenius Duguay "
" Eduardus Laflèche "
" Josephus Caron "
" Prudens Proulx "
" Adelardus Bellemare "
" Henricus Lacerte "
" Noe Villeneuve "
" Thomas Caron "
" Ludovicus Laflèche "
" Josephus Garceau "
" Arthurus Lesieur "
" Eucharista Héroux "
" Napoleo Comeau "
" Petrus Boulay "
" Oliverus Carufel "
" Arthurus Dusablon "

Rdus Gaudiosus Laquerre	Parochus.
" Casimirus Leblanc	"
" Honoratus Brousseau	"
" Maximus Masson	"
" Ovidius Baribeau	"
" Edmundus Poisson	"
" Joachim Caron	"
" Carolus Boutet	"
" Michael Boucher	"
" Adelardus Lamy	"
" Eleazarus Carufel	"
" Raphael Gélinas	"
" Julius Massicotte	"
" Irenæus Trudel	"
" Philippus Lesage	"
" Hormisdas Trudel	"
" Carolus B. Veillet	"
" Pater A. Valiquet	O. M. I.
" " A. Faure	"
" " Fredericus	Franciscanus
" " Xaverius	"
" Leo Lamothe	Capellanus
" Geo. Elisaeus Panneton	"
" Ferdinandus Gauthier	"
" Augustus Lelaidier	"
" Eugenius Denoncourt	"

Rdus Dionysius Gélinas, Sr	Viceparochus
" Emilius Lessard	"
" Cosma Carbonneau	"
" Josephus Ferron	"
" Henricus Vallée	"
" Herveus Trudel	"
" Ephrem Lamy	Missionarius
" Ephrem Paquin	Arcarius dioec.
" Telesphorus Giroux	Professor
" Alfredus Comtois	"
" Emilius Gélinas	Arcarius Sem.
" Josephus Gélinas	Professor
" Josephus Jacob	Sem. Minor. Moderator
" Emilius Cloutier	Vicecancellarius
" Napoleo Bastien	Professor
" Donatus Baril	"
" Hector Marcotte	"
" Dionysius Gélinas, jr	"
" Hormisdas Deschênes	"
" Josephus Turcotte	"

SESSIO SOLEMNIS SECUNDA

Hora octava antemeridiana diei vigesimae nonae septembris, inchoata est sessio secunda. Missa de requie celebrata est a Rev. Can. Nap.

Caron, Episcopo stante in throno. Peracto Sa
cro, Reverendissimus Praesul cantavit preces con
suetas pro absolutione defunctorum ; dein ad cle
rum brevem habuit allocutionem.

Postea in officio Examinatorum et Consultorum
synodalium confirmati fuerunt

EXAMINATORES

REVmus Hermylius Baril, P. A. V. G.
Rev. Can. Leo Arcand, D. D.
Rev. Can. Ubaldus Marchand, J. C. D.
Rev. Can. Ludovicus Chartier.

CONSULTORES

Rev. Can. Napoleo Caron.
Rev. Can. J. Ferdinandus Béland.
Rev. Can. Telesphorus Laflèche.
Rev. Can. Aloysius Denoncourt.

Omnes et singuli eorum, tactis Evangeliis, mu
nus sibi demandatum fideliter et sincere imple
turos jurejurando voverunt.

Denique, lectis, promulgatisque decretis sessio
num praecedentium, ad diem sequentem proro
gata fuit secunda sessio solemnis.

SESSIO SOLEMNIS TERTIA

Die tricesima, hora octava habita est ultima sessio Synodi. Missam celebravit REVmus Hermylius Baril, P. A. V. G. ; qua expleta, omnia juxta Caeremoniale peracta sunt. REVmus Episcopus sermonem habuit, statuta promulgavit et, cantato hymno "Te Deum", omnes Synodales, solemni benedictione impertita, in pace dimisit. Sic absoluta fuit Synodus trifluviana.

PROMULGATIO

Omnia et singula quae in hac Synodo sancita sunt, vim suam habere et integros effectus sortiri in tota dioecesi trifluviana statuimus.

Pari modo Concilii Plenarii Quebecensis decreta jamjam evulganda, idonea occasione Nobis oblata, promulgamus et promulgata declaramus.

Ne autem ignorantia eorum quae in dictis Conventibus constituta sunt obtendi valeat, volumus ut singuli sacerdotes dioecesis exemplaria utriusque prae manibus habeant et diligenter evolvant.

† F. X. CLOUTIER,

Episc. Trif

PRIMA PARS

DE PERSONIS

TITULUS I. De Vita et Honestate Clericorum.

CAPUT I

DE PIETATE

Quicumque sacerdotio potitur, eo non sibi tantum sed aliis potitur. Lux mundi, sal terræ, sacerdos est; munere sacerdotali haud suo ipse fungitur nomine, sed Christi Jesu ; est igitur ei persona Christi gerenda.

Sacerdotem inter et quemlibet probum virum intercedere debet tantum discriminis, quantum inter cœlum et terram ; ob eamque causam, virtuti sacerdotali cavendum non solum ne gravioribus criminibus sit affinis, sed ne minimis quidem.

Errant qui putant sacerdotis laudem in eo collocandam omnino esse, ut sese aliorum utilitatibus totum impendat ; quamobrem, dimittunt fere

illarum curam virtutum, quibus homo perficitur ipse.

Unum nimirum est quod hominem cum Deo conjungat, unum quod gratum efficiat, atque non indignum ejus misericordiæ administrum : vitæ morumque sanctimonia. Hæc sacerdoti si desit, desunt ei omnia. Nam, ab ea disjunctæ, ipsa exquisitæ doctrinæ copia, ipsaque agendi dexteritas et sollertia, etiamsi emolumenti aliquid vel ecclesiæ vel singulis afferre possint, non raro tamen detrimenti iisdem sunt flebilis causa. Sanctimonia vero qui ornetur et affluat, is quam multa possit, vel infimus, mirifice salutaria in populo Dei aggredi et perficere, complura ex omni ætate testimonia loquuntur.

Gratia autem sanctimoniæ per assiduam obtinetur precationem, quia precationem inter et sanctimoniam is necessario intercedit usus, ut altera esse sine altera nullo modo possit. Quapropter sacerdos multo impensius ceteris paruisse debet Christi præcepto : "Oportet semper orare." (Luc, 18, 1)

Illud in hac parte caput est, ut æternarum rerum meditationi certum aliquod spatium quotidie concedatur. Nemo est sacerdos qui possi

hoc sine gravi incuriæ nota et animæ detrimento prætermittere. Verum falluntur misere qui meditationem negligunt, excusantque consequentem animi sui egestatem, id causæ obtendentes, se totos agitationi ministerii dedidisse, in multiplicem aliorum utilitatem.

Nec parvi quidem momenti esse sacerdotibus ad meditandum debet peculiaris quædam causa : scilicet quam magna vis consilii virtutisque inde profluat, bene utilis ad rectam animarum curam, opus omnium perdifficile.

Cum divinarum rerum quotidiana consideratione magni refert ut sacerdos piorum librorum lectionem, eorum in primis qui divinitus inspirati sunt, conjungat assiduus. (1) Quantum enimvero proficiunt sacerdotes qui constanti hoc præstant assuetudine ; ut sapide prædicant Christum atque mentes animosque audientium, potiusquam emolliant et mulceant, ad meliora impellunt, ad superna erigunt desideria. Insuper pius liber est amicus qui candide monet, consilio juvat, car-

(1) Indugentia septem annorum totidemque quadragenarum conceditur iis qui per mediam horam orationi mentali, vel lectioni Scripturæ Sacræ, aut qui per quartam partem horæ visitationi SS. Sacramenti, vel spirituali lectioni vacaverint. (cfr. Disc. Queb. p. 142).

pit, excitat, ab errore avocat ; quocirca amicos vere fideles adscribere sibi pios libros debet sacerdos. (1) Porro emolumenta, tum a sacra lectione, tum ex ipsa meditatione cœlestium quæsita, futura certe sunt sacerdoti uberiora, si argumenti quidpiam accesserit, unde ipsemet dignoscat an lecta et meditata religiose studeat in usu vitæ perficere. (2)

CAPUT II

DE STUDIIS

"Sacerdos, ait S. Thomas, habet duos actus, scilicet principalem circa corpus Christi verum, et secundarium circa corpus Christi mysticum." (IV Sent. Dist. XXIV, q. I.) Hæc actio circa corpus Christi mysticum est conversio qua animæ fidelium in Christum transformantur et sic ipse Christus in omnia instauratur. Sacerdos ergo per omnia intendere habet ut dignus sit minister Christi ad hanc transformationem obti-

---

(1) Si quis castitatis cupidus est, historiam Joseph assidue legat. Si quis impatiens patientiam desiderat, legat gesta sancti Job. Si quis fortitudinem cupit, legat acta Davidis. Si quis mansuetudinem appetit, Moysem legat et imitetur. (S. Basilius).

(2) SS. D. N. Pii X. Exh. ad Clerum, 4 aug. 1908.

nendam et attendere "lectioni, exhortationi, doctrinæ" (1 Tim. IV) uno verbo studiis. Ignoratio scripturarum, secundum D. Hieronymum, ignoratio Christi est, nec non ignoratio theologiæ, seu scientiæ sacerdoti convenientis.

Mens est ergo istius Synodi omnes diœcesis clericos admonere ne deficiant in acquirendam et perficiendam scientiam sacerdotalem.

1o Scientia sacerdotalis non consistit tantum in cognitione quorumdam principiorum, sed ad omnia se extendit pertinentia ad Sacram Scripturam, Patrologiam, Theologiam, Jus Canonicum, Philosophiam, Ecclesiasticam Historiam, Liturgiam, etc.

2o Ad hæc studia promovenda habetur in hac diœcesi collatio theologica de conscientiæ casibus, de theologia dogmatica, de Liturgia, etc, cui omnes sacerdotes assidue aderunt, et non imparati. Secretarius collationis monere debet Episcopum de præsentia sacerdotum, de discussione habita necnon de solutione casuum. Qui, rationabili causa existente, adesse non potuerunt, mittent quamprimum per litteras ad secretarium solutionem quæstionum.

CAPUT III

DE REBUS CLERICIS PROHIBITIS

(a) De famulabus.

(b) De Adm. rerum temporalium.

(A) DE FAMULABUS.

Caveat parochus ne quolibet sub prætextu, etiam ratione servitii, juniores mulieres (etiam consanguineæ si secum adjutores simul vivant), parochialem domum inhabitent aut frequentent ; et curat ne in parochialibus ædibus familiæ consanguineorum suorum cum filiis et nepotibus degant. (1) (de statu Ecctes., 31 déc. 1909) Quod si urgeat necessitas retinendi apud se juniores mulieres (etiam si sint consanguineæ), consulatur Ordinarius, qui pronuntiabit quid expediat in casu.

---

(1) Clerici in sacris constituti domi apud se non retineant nisi matrem, aut sororem, aut amitam, neque famulas accipiant vel retineant nisi provectæ ætatis juxta receptam sacrorum canonum interpretationem, et famæ illibatæ, de quibus nulla possit haberi suspicio. (I. Conc. Queb. d. XIV)

Animadvertere debet parochus quod licet indultum sit ut avia, mater, aut soror, aut amita, cum sacerdote commorari possint, si tamen in eadem domo versantur alii presbyteri, præfatas mulieres ætatem canonicam attigisse omnion requiratur. (II. Conc. Queb. d. XV.)

(B) DE TEMPORALIUM ADMINISTRATIONE.

Opera in temporale fidelium instituta (banques, caisses de crédit, caisses rurales, caisses d'épargne) magnopere probanda sunt a clero, ab eoque fovenda ; non ita tamen ut ipsum a suæ conditionis ac dignitatis officiis abducant, terrenis negotiationibus implicent, sollicitudinibus, studiis, periculis quæ his rebus semper inhærent obnoxium faciant. Prohibetur omnino ne sacri ordinis viri munia illa exercenda suscipiant retineantve suscepta, quæ administrationis curas, obligationes, in se recepta pericula secumferant, qualia sunt officia præsidis, moderatoris, a secretis, arcarii horumque similium. (1)

CAPUT IV

DE AMOTIONE ADMINISTRATIVA AB OFFICIO ET BENEFICIO CURATO.

De hac amotione S. Congr. Consistorialis, die 20 aug. 1910, edidit decretum quo hæc ecclesiasticæ disciplinæ pars regitur.

In quo consistat hæc amotio, ista decreti ver-

---

(1) Decr. de vetita clericis temporali administratione, 20 nov. 1910.

ba luculente ostendunt : "Quod si, vi canonici juris, criminali judicio ac pœnali destitutioni non sit locus, parochus autem hac illave de causa, etiam culpa remota, utile ministerium in parochia non gerat vel gerere nequeat, aut forte sua ibi præsentia noxius evadat ; alia suppetunt remedia ad animarum saluti consuliendum. In his potissimum est parochi amotio, quæ œconomica seu disciplinaris vulgo dicitur et nullo judiciali apparatu, sed administrativo modo decernitur, nec parochi pœnam propositam habet, sed utilitatem fidelium. Salus enim populi suprema lex est, et parochi ministerium fuit in Ecclesia institutum, non in commodum ejus cui committitur, sed in eorum salutem pro quibus confertur."

De causis ad remotionem requisitis, de modo procedendi, de personis ad amotionem decernendam, etc, ad idem decretum conferatur. (3)

---

(3) Litt. Episc. Trifl. n. 91.

TITULUS II. De Doctrina Christiana.

CAPUT I

DE PRAEDICATIONE

"Quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes. . . . per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus, plebes sibi commissas, pro sua et earum capacitate, pascant salutaribus verbis, docendo ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate et facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, et virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere et cœlestem gloriam consequi valeant." (Trid. Syn. sess. V de Ref. cap. II.)

His verbis Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi hæc addenda sunt SS. Papae Pii X: "quamobrem summa vigilantia cavendum nobis est, Venerabiles Fratres, ne per vanos homines ac leves vento pascatur grex ; sed ut vitali alimento roboretur per *ministros verbi* ad quos illa pertinent : Pro Christo legatione fungimur tamquam Deo exhortante per nos." Caveant ergo curam animarum habentes :

1o Ut diebus dominicis et festis solemnibus, inter celebrationem missæ, adsit prædicatio verbi divini, tum per lectionem in lingua vernacula Evangelii diei occurrentis et breve commentarium tum per sermonem proprie dictum.

2o Prædicatio autem tradere debet non solum monita salutaria ex evangelica lectione deprompta, sed etiam exponere totam doctrinam christianam, vel secundum Catechismi Tridentini, vel alterius probati auctoris.

3o Prædicatio ergo ista sic erit assidua, nullo prætermisso die dominico nisi ex gravissima causa ; brevis, juxta normam ab Episcopo præscriptam : facilis, nempe auditorum captui accommodata, quin sit rudis et insulsa. Alius etiam habebitur sermo pro unaquaque e congregationibus diœcesanis, diebus ad hoc designatis. (1)

4o Si fieri potest, quotannis omnibus fidelibus parœciæ prædicatio extraordinaria tradatur per Missionarios ad prædicandum verbum divinum solemniori modo advocatos.

Inter objecta prædicationis illud etiam notandum est circa frequentem S. Eucharistiæ sump-

---

(1) Cfr. "Acerbo nimis" et litt. episc. n. 52.

tionem. Unde præscribitur ut in omnibus ecclesiis vel oratoriis ubi habetur adoratio Quadraginta Horarum adsit, in missa expositionis, specialis sermo de communione frequenti. (1)

CAPUT II.

DE CATECHISMO

Primarium et princeps muneris pastoralis officium est, ut declarat Sacrosancta Tridentina Synodus, prædicatio doctrinæ christianæ. Cui officio non satisfaciunt parochi et ceteri curam animarum habentes per solam concionem inter solemnia missæ habendam ; sed etiam requiritur ut tum utrius sexus pueris, tum adultis tradant catechesim. Qua propter omnes ad quos spectat, oculum teneant intentum ad ea quæ hac super re tum a S. Pontifice, tum a Nobis jam præscripta existunt :

1o Parochi universi, ac generatim quotquot animarum curam gerunt, diebus dominicis ac festis per annum, nullo excepto, per integrum horæ spatium, pueros et puellas de iis, quæ quis-

---

(1) In concionibus parochi de propriis querelis et acceptis injuriis non disserant : vitia, non personas, insectentur : neminem personaliter lædant. (II. Conc. Quebec d. XV.)

que credere agereque debeat ad salutem adipiscendam, ex catechismi libello erudiant. (1)

2o Semel saltem in anno, tempore paschali, vel ineuntibus studiis scholaribus, aut occasione confirmationis, præparent iidem pueros et puellas qui jam primitus ad sacram mensam accesserunt, sed quorum instructio religiosa adhuc non est completa, ad communionem generalem. Quæ præparatio fieri debet, mediantibus tridui exercitiis spiritualibus, in quibus aptæ dandæ sunt catecheses. (2)

3o Quotannis, bis in die per quatuor integras hebdomadas instituant puerorum curam gerentes catechesis præscriptiones, quibus interesse debent pueri jam primitus Venerabili Sacramento muniti, qui existimantur sic fieri posse capaces feliciter subeundi periculum ex quo accipiant diploma instructionis religiosæ sufficientis. Quod diploma concedi non debet nisi pueris utriusque sexus qui ætatis suæ attigerint annum saltem undecimum.

4o Parochi universi ceterique animarum

(1) Litt. Encyc. "Acerbo nimis."
(1) Litt. Circ. 98.

curam habentes, præter consuetam homiliam de Evangelio, quæ festis diebus omnibus in parochiali Sacro est habenda, ea hora quam opportuniorem duxerint ad populi frequentiam, illa tantum excepta, qua pueri erudiuntur, catechesim ad fideles instituant, facili quidem sermone et eorum captui accommodato. Qua in re Catechismo Tridentino utentur, eo utique ordine ut quadriennii vel quinquennii spatio totam materiam pertractent quæ de Symbolo est, de Decalogo, de Oratione et de Præceptis Ecclesiæ. (1)

CAPUT III

DE SCHOLIS PRIMARIIS

Ex divina missione, a Christo Domino ipsi mandata, Ecclesia, infallibilis Religionis Christianæ magistra, non solum nunquam debet cessare præcepta fidei et morum disciplinam hominibus tradere, sed etiam pro suo jure postulare debet ut, in omnibus scholis, religiosa juventutis catholicæ institutio et educatio suæ jurisdictioni sit subjecta, atque ut in quavis disciplina, etiam profana, nihil tradatur, quod catholicæ fidei morumque honestati adversatur.

(1) Litt. Encyc. "Acerbo nimis."

Cum vero in nostris scholis parochialibus, pene universa juventutis institutio, etiam religiosa, a parentibus ludi magistris committatur, sacerdotes in cura animarum constituti atque imprimis parochi scholas primarias frequenter, juxta ordinationem Episcopi, visitent, vigilentque ut magistri, qui nobilissimum ac gravissimum munus docendi exercent, et a quorum industria et labore posterorum prosperitas et salusanimarum tam maxime dependent, officio suo non desint. Quæ visitatio, quamvis principaliter ad institutionem religiosam sese extendat, tamen nequaquam ad illam solam est restringenda, sed universum statum scholæ parochialis complectatur necesse est. Hujusmodi visitatio, semel in mense facta, magnopere prodesset executioni decreti "Quam Singulari" de communione puerorum, institutioni et salutari sanctæ nostræ Religionis influxui.

CAPUT IV

DE SEMINARIO DIOECESANO

Munus digne educandi clericos et instituendi ad venerandam Sacerdotii dignitatemet honorem primo singulos episcopos spectat in unaquaque diœcesi, sed hæc gravis cura etiam ad moderato-

res et magistros Seminarii diœcesani multum pertinet. (1)

Meminerint hæc S. Caroli Borr. : (Inst. p. 11, cap. 1) "Seminariorum seu collegiorum clericalium moderatores et magistri sint non scientia tantum sed et virtute, pietate et prudentia præstantiores ; verbo et exemplo alumnis prosint." Semper habeant præ oculis præscriptiones Litt. Encyc. "Pascendi Dominici gregis." (2)

Hinc "Quicumque modo quopiam modernismo imbuti fuerint, ii nullo habito rei cujusve respectu, tum a regundi tum a docendi munere arceantur ; eo si jam funguntur, removeantur : item qui modernismo clam aperteve favent, aut modernistas laudando eorumque culpam excusando, aut Scholasticam et Patres et Magisterium ecclesiasticum carpendo, aut ecclesiasticæ potestati, in quocumque demum ea sit, obedientiam detrectando, etc."

Pari vigilantia et severitate ii sunt cognoscendi ac diligendi qui sacris initiari postulent. "Duo hæc ad promovendos clericos omnino requiran-

---

(1) Conc. Trid., sess. XXIII, C. 18.

(2) 8 Sept. 1907.

tur, innocentia vitæ cum doctrinæ sanitate conjuncta." (1)

"Videant moderatores disciplinæ ac pietatis, quam de se quisque spem injiciant alumni introspiciantque singulorum quæ sit indoles; utrum suo ingenio plus æquo indulgeant, aut spiritus profanos videantur sumere; sintne ad parendum dociles, in pietate proni, de se non alte sentientes, disciplinæ retinentes; rectone sibi fine proposito, an humanis ducti rationibus ad sacerdotii dignitatem contendant. Qui religionis officia ficto animo persolvunt, et metus causa, non conscientiæ voce, disciplinam servant ii a spe sacerdotii sancte fungendi abeant quam longissime." (2)

Præterquam theologiæ dogmaticæ et moralis alumnis prælectiones fi[illegible]t sacræ hermeneuticæ et exegesis biblicæ, historiæ ec[illegible]siasticæ, institutionum juris canonici, liturgiæ [illegible] sacræ eloquentiæ, necnon in iis instituantur quæ ad theologiam pastoralem et ad scientiam pietatis et officiorum, quam asceticam vocant, spectant et pertinent. Quovis anno, semel saltem vel bis, circa materias

(1) Motu proprio, 1 Sept. 1910.
(2) Motu proprio, 1 Sept. 1910.

in scholis traditas, alumni omnes et singuli serio examinentur. Quod quisque specimen ingenii et scientiæ dederit, in libro consignetur et ad episcopum referatur.

Philosophia scholastica, id est, quæ a Sancto Thoma Aquinate est tradita, studiorum sacrorum fundamentum ponatur. (1) In rerum naturalium consideratione strenue adlaborent clerici, at tamen nullo sacrorum studiorum damno. (2)

Quum clericis multa jam satis eaque gravia sint imposita studia, ne juvenes aliis quæstionibus consectandis tempus terant et a studio præcipuo distrahantur, omnino vetatur diaria quævis aut commentaria ab iisdem legi, nisi sponte Episcopi. (3)

Jusjurandum secundum formulam præscriptam, præmissa Fidei professione a S. P. Pio IV præscripta, cum adjunctis definitionibus Concilii Vaticani, clerici majoribus ordinibus initiandi Antistiti suo dabunt. (4)

Satagant parochi et confessarii, una cum moderatoribus et magistris seminarii diœcesani, ut,

(1) Enc. "Pascendi Dominici Gregis."
(2) Ibidem.
(3) Motu prop., 1 Sept. 1910.
(4) Ibidem.

qui pueri atque adolescentuli a Deo in opus ministerii vocati esse apparent, eos a sæculi contagiis arceant, ad pietatem et ad studia incitent, divinæque in eis vocationis germen foveant, dummodo sint ingenio, indole, morum integritate, necnon familia omnino commendabiles. "Non multi sed boni." (1)

CAPUT V

DE CLERICIS EXPULSIS

De recta dispositione mentis et cordis alumnorum suorum curare debent rectores seminariorum. Videant ergo illi, ad quos pertinet, quo animo ducti, utrum metus causa, an conscientiæ voce sacris ordinibus initiandi religionis officia solvunt et disciplinam servant.

"Quam qui servili timore retineat aut animi levitate ge... ...ptuve frangat, is a spe sacerdotii

(1) Notatu omnino digna videtur sententia, a speciali Emorum Cardinalium Congregatione, die 20a junii 1912 prolata, circa conceptum vocationis sacerdotalis : "Opus præstantis viri Josephi canonici Lahitton, cui titulus *La vocation sacerdotale*, nullo modo reprobandum esse ; imo qua parte adstruit : 1o Neminem habere unquam jus ad ordinationem antecedenter ad liberam electionem episcopi. 2o Conditionem, quæ ex parte ordinandi debet attendi, quæque *vocatio sacerdotalis* appellatur, nequaquam consistere, saltem necessario et de lege ordinaria, in interna quadam adspiratione subjecti, seu invitamentis Spiritus Sancti,

sancte fungendi abest quam longissime. Hunc enim facile creditur domesticæ disciplinæ contemptorem a publicis Ecclesiæ legibus minime discessurum. Hoc animo comparatum si quem deprehenderit sacri ephebei moderator, et si semel iterumque præmonitum, experimento facto per annum, intellexerit a consuetudine sua non recedere, eum sic expellat, ut neque a se neque ab ullo episcopo sit in posterum recipiendus." (1)

Post S. Tridentinam Synodum, S. Cong. Conc., decreto 22 dec. 1905, prohibet quominus ad sacros ordines ascendat ille cui a suo Ordinario denegata fuit admissio in militiam sacram. Addit Eadem Congr. : "Cum vero generalis hæc lex seminariorum quoque alumnos comprehendat, si quis eorum, sive clericus sive clericatui adhuc non initiatus, e pio loco dimittatur eo quod certa vocationis signa non præbeat, aut qualitatibus

---

ad sacerdotium ineundum. 3o Sed e contra, nihil plus in ordinando, ut rite vocetur ab episcopo, requiri quam rectam intentionem simul cum idoneitate in iis gratiæ et naturæ dotibus reposita, et per eam vitæ probitatem ac doctrinæ sufficientiam comprobata, quæ spem fundatam faciant fore ut sacerdotii munere recte obire ejusdemque obligationes sancte servare queat : esse egregie laudandum."

Hanc sententiam plene adprobavit Pius Papa Xmus, die 28a junii 1912.

(1) Mot. Prop. "Sacrorum Antistitum."

ad ecclesiasticum statum requisitis non videatur instructus, hic certe deberet, juxta grave S. Concilii monitum, sui Pastoris judicio subesse et acquiescere." Unde, ad hoc ut adamussim vota S. C. C. adimpleamus, statuimus nos in posterum nunquam admissuros in seminarium nostrum clericum juvenem ex alio seminario dimissum.

CAPUT VI

DE LIBRIS HONESTAE LECTIONIS

DE REGULIS INDICIS

"Non jam libertas, sed effrœnata licentia scribendi quæ libeat typisque imprimendi, in immensum excrevit totumque qua late patet orbem impiis, pestiferis, in probos mores, Ecclesiam Deumque ipsum injuriosis et contumeliosis scriptis inundavit." Quodque maxime dolendum est, tales libri inhonestæ lectionis a catholicis hominibus emuntur, in eorum domos recipiuntur et ab eorum liberis et domesticis lectitantur.

Monet ergo confessarios hæc diœcesana synodus. 1o Ut præ oculis habeant regulas a theologis traditas circa eos qui libros, diaria, aliaque scripta vel damnata vel damnanda legunt aut retinent, eosque in praxi applicare studeant.

2o Ut fidelibus impense suadeant novellas et ephemerides sæculares ut parce legant ; quæ assidua lectio est jactura temporis, convertens mentes ad meras vanitates et insanias falsas.

3o Ut fidelibus etiam suadeant illas ephemerides vel diaria vel libellos periodicos merentur quod sustententur et adjuventur ære catholico, quæ sunt honestæ et christianæ lectionis : Inter quæ numerantur imprimis ephemerides et libelli ab episcopo commendata.

4o Ut sciant non omnes esse vere catholicas illas ephemerides quæ catholicum nomen jactant, spargentes opiniones quæ nihil aliud sunt quam commenta incredulitatis.

Ad regulas indicis quod spectat hæc denuo notanda sunt : scripta omnibus absolute esse prohibita præsertim : Libri apostatarum, hæreticorum, schismaticorum et quorumcumque scriptorum hæresim vel schisma propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta evertentes, et Acatholicorum libri qui ex professo de religione tractant, nisi constet nihil in iis contra fidem catholicam contineri, et, libri qui res lascivas seu obscœnas ex professo tractant, narrant, aut docent.

Unde nihil prætermittendum est ut libri sanæ

doctrinæ et qui vere prosint legentibus, locum pra[illegible]um suppleant vel præoccupent, quod fit erigendo bibliothecas saltem in parochiis majoribus.

CAPUT VII

DE SOCIETATIBUS ILLICITIS.

Sunt duplicis generis : Societates sub excommunicationis pœna prohibitæ et societates sub gravis culpæ reatu prohibitæ.

Pertinent ad priores sectæ quæ contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam seu clandestine machinantur ut sunt sectæ Massonum, Carbonariorum, Sociorum Singularium (Odd Fellows), Filiorum temperantiæ, Equitum Pythiæ, Fenianorum, quibus certe addendi sunt Solidarii, Internationales, Mazziniani, Clerico-liberales et similes, "exigant vel non exigant a suis asseclis juramentum de secreto servando." (1)

Excommunicatio qua plectuntur illæ sectæ sic se habet in Constitutione Apostolicæ Sedis sub No. 4 inter excommunicationes simpliciter R. Pontifici reservatas :

---

(1) S. O., 5 Julii 1865.

"Nomen dantes sectæ massonicæ aut carbonariæ aut aliis ejusdem generis sectis, quæ contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam seu clandestine machinantur ; necnon iisdem sectis favorem qualemcumque præstantes ; earumque occultos coryphæos ac duces non denuntiantes, donec denuntiaverint."

Inter posteriores veniunt præcipue sectæ quæ a sectatoribus secretum nemini pandendum et omnimodam obedientiam occultis ducibus præstandam jurejurando exigunt. Hic placet subdere verba Leonis XIII : (1)

"Simulare et velle in occulto latere ; obligare sibi homines tamquam mancipia, tenacissimo nexu, nec satis declarata caussa : alieno addictos arbitrio ad omne facinus adhibere : Armare ad cædem dextras, quæsita impunitate peccandi ; immanitas quædam est, quam rerum natura non patitur."

Omni cura pastores ab illis sectis et similibus fideles sibi commissos arceant, illos omnes in Domino obsecrent ut occulta illa foedera omnino declinent et ambulent in lucis semitis, sicut Christi

---

(1) Ency. "Humanum genus."

milites. Hic facit ad rem decretum XXVI Concilii Queb. Prov. (De societate massonica)

"Renovantes priorum Conciliorum nostrorum exhortationes, condemnationes ac pœnas incurrendas, ac SSMI Domini Nostri Leonis XIII jussa obsequentes, iterum omnes fideles nobis commissos in Pastorali nostra Conciliari monemus ne sub ullo praetextu his malis vel periculosis societatibus secretis, aut alias damnatis nomen dent, utque ex his sine mora aperte exeant sive excommunicationis, sive saltem peccati gravis sub pœna."

CAPUT VIII

DE SOCIETATIBUS SUSPECTIS.

Præter societates expresse damnatas vel prohibitas, "Animadvertendum . . est adesse nonnullas societates, quae licet certo statui nequeat pertineant necnon ad has quas memoravimus dubiæ tamen et periculi plenæ sunt, tum ob doctrinas quas profitentur, tum ob agendi rationem quam sequuntur ii quibus ducibus ipsæ coaluerunt et reguntur." (1)

---

(1) Conc. pl. Balt. n. 250.

"Ab his etiam Sacrorum Antistites, quibus germana Christi fides et morum integritas maximæ curæ esse debet, noverint oves suas deterrendas et arcendas esse et eo quidem diligentius, quod observatam ab iisdem quamdam honestatis speciem, quod in ipsis latet difficilius a simplicibus præsertim hominibus et adolescentibus persentiri et præcaveri poterit." (Inst. S. Off. de Secta Massonum, 10 maii 1884)

Fideles omnes, ut omni periculo amoveantur, sedulo edocendi sunt fortiterque hortandi ipsis effugiendas esse omnes societates quæ quolibet modo fidei aut moribus judicio Ordinarii offendiculo esse possint.

CAPUT IX.

DE JURAMENTO CONTRA MODERNISTAS.

Jusjurandum hoc, præmissa Fidei professione per formulam a Pio IV præscriptam, cum adjectis definitionibus concilii Vaticani, suo Antistiti dabunt :

1o. Clerici majoribus ordinibus initiandi : quorum singulis antea tradatur exemplar tum professionis fidei tum formulæ edendi jurisjurandi ut eas accurate prænoscant, adjecta violati jurisjurandi, ut infra, sanctione.

2o. Sacerdotes confessionibus excipiendis destinati et sacri concionatores, antequam facultate donentur ea munia exercendi.

3o. Parochi Canonici, Beneficiarii ante ineundam beneficii possessionem.

4o. Adlecti concionibus habendis per quadragesimæ tempus.

5o. Officiales in curiis episcopalibus et ecclesiasticis Tribunalibus, haud exceptis Vicario generali et judicibus.

6o. Religiosarum familiarum Congregationumque Moderatores et Doctores antequam ineant officium.

Professionis fidei, quam diximus, editique jurisjurandi documenta, peculiaribus in tabulis penes curias episcopales adserventur. Si quis autem, quod Deus avertat, jusjurandum violare ausus fuerit, ad Sancti Officii tribunal illico deferatur.

Hæc sunt verba Motus Proprii 1mi sept. 1910: "Ut autem suspicio segregatur omnis clanculum se inferentis modernismi, non solum omnino servari volumus quæ sub numero secundo superius præscripta sunt, sed præterea præcipimus ut singuli doctores, ante auspicandas, ineunte anno,

prælectiones, Antistiti suo textum exhibeant, quem sibi quisque in docendo proposuerit, vel tractandas quæstiones, sive Theses : deinde ut per annum ipsum exploratur sua cujusdem magisterii ratio, quæ si videatur a sua doctrina discedere causa erit quamobrem doctor illico amoveatur. Denique, ut præter fidei professionem, jusjurandum det Antistiti suo, secundum adjectam formulam, et subscripto nomine." (1)

CAPUT X.

DE FALSO JURAMENTO.

Falsum juramentum seu perjurium est peccatum reservatum. Confer Concilium Queb. Pro-
vinc. V. Hæc sunt verba Concilii : "Jam in se-
cundo hujusce Provinciæ Concilio editum est de-
cretum XVI de juramento, ut sequitur : Sanc-
tum et terribile nomen Domini : summa igitur

(1) Invigilare sedulo tenentur parochi, quibus conceditur
facultas vocandi prædicatores, ut adamussim servetur præs-
criptum Motus Proprii "Sacrorum Antistitum" nempe :
"Si de sacerdotibus res sit alienæ diœcesis, neminem sug-
gestum adscendere sinant, (Ordinarii) idque solemnioribus
præsertim diebus, nisi prius ex testimonio scripto proprii
Ordinarii vel religiosi Antistitis constiterit eosdem bonis
moribus esse præditos eique muneri pares."
Præterea quæsitum fuit : An invitari possint sacri ora-
tores, qui in aliquo loco ab Episcopis fuerint improbati ?
S. Cong. Consistorialis, die 25 sept. 1910, respondit : Ne-
gative.

reverentia, summoque timore et tremore proferendum, invocandum et benedicendum. Quam vero horrendum sit scelus, illud profanare, tum Scriptura Sacra, tum ipsa ratio docent."

"Hujus sane veritatis sunt prorsus immemores ii omnes qui eo impietatis devenerunt, ut quasi majestatem Omnipotentis spernerent, jam nomen sanctum ejus in vanum assumere, atque nomen Dei sui polluere non reformidant. Quia autem hoc nefandum perjurii scelus, nedum in abominationem veniat, e contra frequentius evadit, nos tanto malo occurrere volentes quantum in Domino possumus, hujusce criminis absolutionem nobis reservamus. Bis autem in anno, præsertim vero temporibus electionum, donec ab Ordinario aliter statuatur, de hoc crimine et de hac reservatione loquantur pastores animarum in suis concionibus ut tandem de tanto peccato concipiatur horror, nec possit quis de ejus reservatione ignorantiam causari."

TITULUS III. De Zelo Animarum.

CAPUT I

DE ACTIONE CATHOLICA.

Actio Catholica illa dicitur qua omnes catholici etiam laici Ecclesiam adjuvare et contre hostes defendere valent.

Actores et cooperatores.

Imprimis veniunt Episcopi : "Unde quidquid consilii, ut ait Leo XIII, in eadem causa vel singuli vel consociati homines efficiendum suscipiant, meminerint Episcoporum auctoritati esse penitus obsequendum." (1)

Clerici.

Jamvero in toto hoc rerum genere apparet quid non elaborare debeant qui sacro munere fungantur, et quam varia doctrinæ, prudentiæ, caritatis industria id possint. Prodire in populum in eoque salutariter versari, opportunum esse, prout res sunt et tempora, non semel Nobis visum est affirmare. (2)

(1) Graves de communi, 18 jan. 1901.
(2) Ibidem.

Cooperatores Episcoporum sunt clerici qui attento animo ad studium quæstionis socialis sese conferre et in disciplina œconomica quæ rationis studiorum, ecclesiasticorum pars usque adhuc non fuit edoceri debent. (1)

LAICI.

"In exercitu autem catholico laici præsertim militiæ munus sibi vindicant ; ad ipsos igitur pertinet maxime bellum cum improbis suscipere, Ecclesiæ hostes acriter pugnare et victoriam ipsis eripere." (2)

MEDIA.

Ut catholicorum actio recte sese exercere possit et totum fructum reportare valeat, duplex adhibeatur medium oportet ; Educatio socialis nempe et associatio.

1o. *Educatio.* Quæ educatio socialis diversis mediis perfici potest, per collegia scillicet et seminaria, per ephemerides et varia scripta, per circulos doctrinæ studiis deditos, necnon collocationes, prædicationes et congressus.

(1) Alloc. Emi. Card. Goosens, 1894.

(2) Leo XIII, Constanti Hungar 1893.

2o. *Associatio.* Variæ illæ sunt associationes apud nos existentes vel saltem notæ. Associationes nempe de veritate catholica propaganda et defendenda. Instituta franciscalia tertii ordinis, Sodalitates Vincentianæ vel a Sacro Corde, Societates temperantiæ, juventutis associationes, speciatim A. C. J. C., operariorum sodalitates. Sodalitia de suppetiis mutuo ferendis et illa quæ gallice dicuntur "Caisse d'épargne et de Crédit," et aliæ ejus generis.

CAPUT II.

DE ASSOCIATIONIBUS OPERARIORUM.

SOCIETATES AD MUTUA AUXILIA.

Multa sunt instituta quibus subvenitur indigentibus. "Numeranda in hoc genere sodalitia ad suppetias mutuo ferendas : res varias, privatorum providentia constitutas, ad cavendum opifici, itemque orbitati uxoris et liberorum, si quid subitum ingruat, si debilitas afflixerit, si quid humanitus accidat : instituti patronatus, pueris, puellis, adolescentibus natuque majoribus tutandis." (1)

(1) Leo XIII, Rerum Novarum.

MUNUS CLERI.

1o. Parochi societates in sua parochia existentes faveant, eisque benevolentiam ostendant, atque earum munus gerant capellani.

2o. Patronum cælestem sibi seligere has societates optimum erit, ejusdem festum diem modo convenienti celebrare.

3o. Societates Temperentiæ Fœderatio a Sacratissimo Corde Jesu, licet inter se distinctæ, in praxi tamen, tum quoad directionem tum quoad consociorum cœtus, expedit ut conjungantur ; hoc modo promptius fiet utriusque regimen, uberiores fructus. Statuimus etiam ut moderator diœcesanus, qui in prædictis societatibus moderandis validum parochis præstat auxilium, eas quotannis visitet.

SEQUENDÆ REGULÆ.

Hic juvat referre Instructiones a S, Congregatione Rerum Ecclesiasticarum Externarum editas, 27 jan. 1902.

"In associationibus condendis, accurate his sequentibus est attendendum : 1o. Constitutiones, indices, manualia et alia documenta sensu aperte catholico conscribantur. 2o. Vexilla et

altera insignia nihil redoleant eorum quæ socialistarum sunt. 3o. Statuta et constitutiones prius ab Ordinario recognoscantur atque probentur ; hujus approbationis defectu, nullum ex hisce institutis haberi ut catholicum, nec clero laicisque catholicis fidem afferre poterit.

CAPUT III

DE PATRONIS ET OPIFICIBUS

COOPERATIO ECCLESIÆ

Valde expeditu difficiles nec vacuæ periculo apparent quæstiones quas nostris temporibus exortas videmus opifices inter et patronos. Magnopere confert Ecclesia prædicatione doctrinæ, præceptis morum et variis institutis quæ ad dolorum solamen excitat. Quæ etenim, dum perversos Socialistarum et Communistarum damnat errores, vel miram doctrinæ suæ vim exponit divitum mentes ad moderationem et constantiam erigendi, multidinem ab interitu ad quem duceretur, salvat. Tanta efficacitate præceptis suis ad ordinem et concordiam Ecclesiæ movet, ut si solis justitiæ legibus quas inculcat, obtemperaretur, vis causaque dissidii facile restringeretur.

MUTUA OFFICIA

"Quibus ex officiis illa proletarium atque opificem id attingunt : quod libere et cum æquitate operæ pactum sit, id integre et fideliter reddere : non rei ullo modo nocere, non personam violare dominorum : in ipsis tuendis rationibus suis abstinere a vi nec seditionem induere unquam : nec commisceri cum hominibus flagitiosis, immodicas spes et promissa ingentia artificiose jactantibus, quod fere habet pœnitentiam inutilem et fortunarum ruinas consequentes."

"Ista vero ad divites spectant ac dominos : non habendos mancipiorum loco opifices, vereri in eis æquum esse dignitatem personæ, utique nobilitatem ab eo, charactere, christianus qui dicitur : Similiter præcipitur, religionis et bonorum animi haberi rationem in proletariis oportere. Item non plus imponere operis, quam vires ferre queant, nec id genus quos cum ætate sexuque dissideat. In maximis autem officiis dominorum illud eminet, justa unicuique præbere." (Rer. Nov.)

CAPUT IV

DE BLASPHEMIA

Decretum XVIII Concilii Queb. Prov. VII hæc habet de blasphemia vitanda: "Christus nos edocuit quotidie orare ut sanctificetur nomen Patris nostri, qui est in cœlis. Sanctum enim et terribile nomen Domini. (Ps. CX. 9) Admirabile in universa terra. (Ps. VII. 2) Sit benedictum in sæcula. (Ps. CXII. 2)"

Contra illud identidem, et prout opus fuerit, pastores clament et quasi tuba exaltent vocem suam annuntiantes populo scelera eorum. Blasphemantes increpent in omni patientia et doctrina, ut deponant iram, indignationem, malitiam, quæ sunt ordinariæ causæ blasphemiarum; justos autem invitent ut, ad instar pii regis Ezechiæ (IV Reg. XIX) dolorem suum manifestent, pro impiis ferventes preces effundant, et quantum ipsis fuerit, piacula majestati divinæ offerre ne cessent.

Cum magno cordis dolore nobis compertum est blasphemiæ vitium in nostra patria magis magisque grassari. Officinæ cujuscumque generis et potissimum associationes in silvis lignantium

non raro scandaliose fiunt hujus diabolicæ luis occasiones. Quum autem tanto malo validum opponendum sit remedium, in votis habemus ut Pastores animarum et pii christiani, quasi acies potenter instructa, honorem nominibus Domini, ejus Genetricis et Sanctorum debitum vindicant. Ad quem finem plurimum conferre videntur vota Congressus Marialis internationalis Romæ habiti, 4a die decembris 1904. Ea facimus nostra ac prudentiæ parochorum relinquimus ut in executionem mendentur. (1)

"Considérant que le blasphême contre Dieu et son auguste mère est un vice abominable qui sévit, hélas, en plusieurs contrées dans une proportion désolante, le Congrès Marial de Rome, désireux de porter remède à un mal aussi enraciné, recommande particulièrement les moyens suivants :

1o. Que partout où sévit cette coutume exécrable on établisse des Congrégations de la sain-

(1) SSmus D. N. Pius Xus, ad fovendum pium reparationis desiderium satisfaciendi pro exsecrabilibus blasphemiis quibus augustissimum Nomen B. M. impetitur, concedere dignatus est Indulgentiam plenariam, defunctis quoque adplicabilem, primo quolibet sabbato cujusvis mensis lucrandam ab iis qui, conditionibus assuetis servatis, peculiaria in honorem B. M. Immaculatæ exercitia in spiritu reparationis peragunt. Die 13 junii, 1912. (Act. S. S., vol. IV, p. 623)

te Vierge ayant pour but spécial de combattre l'outrage fait aux noms de Dieu et de sa Mère ; et si des Congrégations semblables existent déjà, que les membres, pour y être admis, prennent l'engagement solennel de ne point se souiller de ce vice, sous peine d'expulsion.

2o. Que les parents veillent à donner toujours sur ce point le bon exemple à leurs enfants, et qu'ils les corrigent sévèrement, s'ils les surprennent à prononcer des paroles blasphématoires.

3o. Que les chefs d'ateliers, maîtres ou supérieurs quelconques ne prennent à leur service que des ouvriers, des serviteurs, ou des inférieurs qui ne sont pas adonnés à ce vice, les reprenant s'ils les surprennent, et même les expulsant s'ils y persévèrent.

4o. Qu'on répande dans les ateliers, les auberges, etc, des écritaux portant ces mots : "Défense de blasphémer les saints noms de Dieu et de sa Mère."

5o. Que les fidèles, en entendant un malheureux blasphémer, le corrigent s'ils peuvent le faire discrètement ; sinon qu'ils récitent, au moins intérieurement, une oraison jaculatoire en hommage de réparation.

Que la fête du saint Nom de Marie soit particulièrement choisie pour réparer les outrages faits à la Mère de Dieu, et que les membres des congrégations de la T. S. Vierge fassent en ce jour une communion générale réparatrice." (1)

CAPUT V

DE TEMPERANTIA

Omnibus plane compertum est inter vitia quæ in hac nostra regione grassantur nullum efficacius ebrietate, individuorum, familiarum, totiusque societatis efficere ruinam. Ex hoc enim malo fere omnia miseriarum genera tum in ordine spirituali tum in ordine temporali originem ducunt. Et quod maxime lugendum est : catholici non pauci potu abutuntur cum scandalo acatholicorum et Religionis detrimento.

Merito igitur "Ebrietatis vitium damnat sana ratio, cum hanc opprimat, hominem de statu morali dejiciat et ad conditionem brutorum redigat : damnat religio quæ hominem ad imaginem Dei formatum docet ; damnant tristes sequelæ : egestas, matura senectus et mors, et,

(1) Supplemento del Periodico Illustrato "l'Immacolata", dec. 1904.

quod horrendum est, infelix æternitas, cum scriptum sit : "Nolite errare... neque ebriosi regnum Dei possidebunt." (1)

Quare curam animarum habentes totis viribus ad hujusmodi vitium extirpendum adlaborent. Et imprimis "nunquam cessent ipsi contra ebrietatem ejusque occasionem fortiter conclamare ; præsertim vero quum exercitia spiritualia pro populo habent. Præterea quum verba moveant tantum, exempla vero trahant, sacerdotes ipsimet, qui, monente Apostolo, debent esse forma gregis ex animo, sint temperantiæ virtutis exempla." (2)

Ex altera vero parte, curam animarum habentes adhortentur fideles ut sedulo vitent occasiones labendi in hoc nefandum vitium. Maximis laudibus digni sunt illi qui, ut securius virtutem temperantiæ colere valeant, sese abstinent non tantum ab abusu verum etiam ab usu licito liquorum alcoolicorum.

Ut autem propositum in tuto collocent, in oratione assidua, in sacramentorum frequentia, præ-

---

(1) Conc. Plen. Americ. lat. Tit, XI n. 754.
(2) Conc. Balt. 3 n. 261.

sertim Eucharistiæ, in fuga occasionum auxilium quærere satagant.

Insuper parochi enixe incitent parochianos omnes ut socii fiant hujus societatis a Temperantia dictæ vel saltem Fœderis a SSmo Corde Jesu. Romani Pontifices prædicta sodalitia pretiosis indulgentiis et sua apostolica benedictione locupletaverunt.

Ad media moralia quod attinet hic recolere volumus verba Patrum Conc. Queb. VI, decr. XIX, quibus injungitur confessariis ut absolutionem denegent "istis conciliariis (membres des conseils municipaux) qui, postpositis conscientiæ legibus, licentiam tabernariam scienter concedunt indignis, necnon talibus cauponibus legem tam civilem quam moralem violantibus, omnibusque sine licentia cauponam exercentibus."

Quod si quis licentiam obtinuerit præ oculis hebeat monitum Patrum Conc. Balt. III. "Fideles qui liquorum inebriantium mercaturam faciunt monemus, ut serio recogitent quot quantisque periculis peccatique occasionibus eorum quæstus, quamvis in se non illicitus, sit circumdatus. Honestiorem rationem sustentandi vitam, si possunt, seligant. Sin minus, totis viribus tam

a semetipsis quam ab aliis occasiones peccati studeant amovere. Neque junioribus, eis scilicet qui sui juris non sunt, potum vendant, neque eis quos potu abusuros prævident. Cauponas suas die dominica (et diebus feriatis) clausas servent ; nulloque tempore intra tabernarum suarum parietes blasphemias, maledictiones, aut eloquia turpia proferri sinant."

Denique omni studio vigilent animarum rectores ne liquores cujuslibet speciei illegaliter vendantur aut emantur. Recurrant, casu occurrente, ad auctoritatem civilem ut mulcta aut aliis pœnis puniantur perversi homines qui, hoc periculoso commercio, tanta damna creant societati. Caute tamen procedendum est in hac re et securius, mediantibus personis laicis.

Insuper impedienda est fabricatio seu distillatio alcooli. Qui modus extrahendi alcooli ansam præbet gravioribus malis. Nam liquor ita extractus, nulli purgationi subjectus, merito letale vocari potest venenum.

TITULUS IV—De Religiosis

CAPUT UNICUM

DE MONIALIBUS

Capellani et parochi, quibus incumbit onus moniales dirigendi, conversationis gravitate et integritate vitæ eniteant abundentque tum caritate, tum scientia, tum prudentia. Consiliis spiritualibus, has animas electas ad interiorem vitam et justitiam efforment. Concionibus, oratione elaboratis, veritates virtutesque evangelicas et principia religiosæ vitæ illis proponant.

Ad hoc vero munus explendum, libros commendatos in manu habeant.

SECUNDA PARS

DE REBUS.

TITULUS I—De Cultu Divino

CAPUT I

DE MUSICA SACRA

Præcipuum munus musicæ sacræ est concentu opportuno verba liturgiæ exornare, ita ut verba intelligentiora fiant, quo facilius Christicolæ ad fidem et religionem excitentur. Ejiciatur proinde e sacris profana musica, non tantum in se, sed etiam quoad formam qua a cantoribus proponitur. Curandum est ne musicorum modi hodierno stylo, qui in ecclesiis admittuntur, quid habeant theatrale vel profanum, neve quoad formas alienos modos attingant.

Cantus gregorianus ut exemplar optimum sacrorum musicorum semper est habitus, cum vera sit hæc lex : musicæ compositio eo magis est sacra et liturgica, quo in modis cantum gregorianum sequitur, et eo minus templi digna est, quo magis illo optimo exemplo peccat.

Cantus gregorianus, quem transmisit traditio, in sacris solemnibus omnino instaurandus, et omnes pro certo habeant sacram liturgiam nihil solemnitatis amittere, quamvis hac una musica agatur.

In sacris igitur liturgiis, non licet quidlibet vulgari sermone canere, præsertim partes variantes vel communes Missae et officii. Textus liturgicus ut est in libris sine verborum permutatione vel repetitione et intelligibili forma Christicolis audientibus est canendus ; neque dividantur verba.

Prohibetur omnino illis qui dicuntur *musica urbana* (fanfares) ne in ecclesiis canant. In publicis supplicationibus (Processiones) Episcopus admittere potest musicam urbanam, dummodo ne hæc modos profanos canat. Est in votis ut musica urbana in his casibus tantum comitetur aliquem hymnum spiritualem latino vel vulgari sermone a cantoribus, vel piis congregationibus, quæ supplicationis sunt participes decantatum. (1)

---

(1) Motu Prop. SS. D. Pii X de musica sacra, 22 nov. 1903.

CAPUT II

DE CEREIS LITURGICIS

Ex decreto S. C. Rituum, 14 dec. 1904, cereus paschalis, cereus in aqua baptismali immergendus et duæ candalæ in missis accendendæ, ex cera apum saltem in maxima parte esse debent. Isti cerei, si continent duas partes ex cera apum contra unam partem ex alia materia, erunt, ut videtur, conformes decreti præscriptioni.

Sufficit ut materia aliarum candelarum quæ supra altare ponendæ sunt, sit in majori vel notabili quantitate ex cera apum, ut contineat v. g. unam partem ex cera apum contra duas partes ex aliis ceris vel commixtionibus.

Quoad candelas quæ locum tenent ornamenti in altaribus, vel quæ collucent coram imaginibus et statuis sacris, quarum in decreto, nulla fit mentio, ex alia materia omni ex parte constare possunt. Attamen, materiæ ex qua conficiuntur minimam ex cera apum quantitatem, ad earum firmitatem addere consulitur. (1)

Denique sequens dubium propositum fuit :

---

(1) Confr. Lit. Episc. 51.

"An præter cereos præscriptos, sive in missa, sive in benedictionibus cum SSmo Sacramento, aliæ candelæ ex stearina intra ambitum altaris adhiberi possint ? Et quatenus negative, an attentis circumstantiis, prædicta consuetudo tolerari possit ?

Sacro Rituum Congregatio, die 30 julii 1910, ita rescripsit : Ad Vum, Negative ad utrumque et standum Decretis, præsertim recentioribus ad rem datis, uti in uno Natcheten., 16 mai 1902 et in altero Plurium Diœcesium, 14 dec. 1904. (1)

"Lux electrica vetita est non solum una cum candelis ex cera super altari juxta decretum Natcheten., 16 maii 1902, sed etiam loco candelarum vel lampadum quæ coram sanctissimo Eucharistiæ Sacramento vel sacris Reliquiis aut imaginibus Sanctorum præscriptæ sunt. Pro aliis ecclesiæ locis et ceteris casibus, illuminatio electrica ad prudens Ordinarii judicium permittitur : dommodo species non habeatur thea-

---

(1) An super Altari, præter candelas ex cera, tolerari possit ut habeatur etiam illuminatio ex gaz, vel an usus prædictus prohiberi debeat ?

Resp. : Negative ad primam partam : affirmative ad secundam. (decretum S. R. S., 8 martii 1879, promulgatum, die 16 mai 1902).

tralis, ad mentem decreti, n. 3829, die 4 junii 1895." (S. R. C., die 22 nov. 1907.) (1)

CAPUT III

DE PIIS PEREGRINATIONIBUS

Inter objecta ad cultum divinum pertinentia, illud etiam specialiter recensendum est quod nomen habet piæ peregrinationis. Jam ab exordiis Ecclesiæ mos invaluit apud christianos ea loca invisendi in quibus Christus peregrinatus fuerat et postea ea loca speciali modo sanctificata per vitam et mortem sanctorum hominum nec non per miracula omnipotentiæ divinæ. Unde semper Mater Ecclesia fideles ad pias peregrinationes exhortata est. Ad easdem christianos exhortatur Synodus, eos monendo tamen has peregrinationes non esse itinera profana et sæcularis licentiæ, sed actus cultus divini. Proinde sanctificari debent per cantus, orationes et pœnitentialem devotionem.

Insuper optamus ut unaquæque paræcia istius diœcesis quotannis habeat piam peregrina-

(1) Die 4 junii 1895, S. R. C. respondit ; "Ad cultum, negative ; ad depellendas autem tenebras ecclesiasque splendidius illuminandas, affirmative : caute tamen ne modus speciem præseferat theatralem."

tionem in honorem B. M. V, sub titulo Smi Rosarii ad locum vulgo dictum Cap de la Madeleine, et etiam, data opportunitate, ad Sanctuarium dictum Sainte-Anne de Beaupré, in honorem Matris ejus.

TITULUS II—De Sacramento

CAPUT I

DE MATERIA EUCHARISTIAE

Semper præ mentis oculo habeant sacerdotes, sed præcipue cum ad S. Eucharistiam conficiendam vel dispensandam accedunt, quantæ sit dignitatis illud Sanctissimum et admodum Venerabile Sacramentum, adeo ut adamussim adimpleant quod præscriptum est : "sancta sante tractanda." At neque reverentiæ Sacramento debitæ satis consulitur, neque sancte tractatur illud Sanctissimum, nisi ad illud conficiendum adhibeatur materia apta, videlicet verus panis triticeus et meracissimum vinum de vite, cui admisceri debet paucissima aqua. Caveant ergo sacerdotes a periculo invalide consecrandi, nec ideo utantur nisi materia de qua certitudem saltem moralem habeant. Quod ut fiat, farinam pro hostiis et vinum non comparent nisi a mer-

catoribus exploratæ probitatis, a quibus requiratur ut exhibeant testimoniales (certificat) Ordinarii.

CAPUT II

DE ASSERVATIONE SS. SPECIERUM

Ad utilitatem fidelium, præsertim infirmorum, jugiter conserventur particulæ consecratæ in loco idoneo, videlicet in tabernaculo ecclesiæ, non autem in oratoriis, sive privatis sive publicis, nisi ex indulto. Ast, sicut requirit honor S. Sacramento debitus, præscribimus ut specierum consecratarum saltem singulis quindecim diebus renovatio fiat, ne forte alterationis vel corruptionis, si diutius conserventur eædem, periculo exponantur. Nec misceri debent recenter consecratæ hostiæ cum veteribus, Neque etiam consecrentur nisi particulæ recentes, quæ mensem, a tempore quo confectæ sunt, non excedant.

CAPUT III.

DE COLLECTIONE ET SATISFACTIONE MISSARUM

Ex tribus decretis S. Congregationis Concilii, nimirum : "Vigilanti," "Ut debita," "Recenti decreto" quasdam excerpsimus circa collectionem

et satisfactionem missarum regulas, quarum per præsens statutum urgemus observationem. Hæ sunt regulæ :

1o. In collectione missarum abstinendum est a turpi mercimonio, imo a specie ipsa commercii. Unde reprobanda est ea agendi ratio bibliopolarum vel mercatorum, qui adhibitis publicis invitamentis et præmiis, vel alio quocumque modo missarum eleemosynas colligunt, et sacerdotibus, quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam, sed libros aliasve merces rependunt.

2o. Nemo potest plus missarum quærere et accipere quam celebrare probabiliter valeat intra temporis terminos inferius statutos, et per se ipsum.

3o. Utile tempus ad manualium missarum obligationes implendas est mensis pro missa una, semestre pro centum missis, aliud longius vel breve temporis spatium plus minusve, juxta majorem vel minorem numerum missarum. (1)

---

(1) V. An termini persolutionis statui possint usque :

ad 10	Missas	1	mensis
20	"	2	"
40	"	3	"
60	"	4	"
80	"	5	"
100	"	6	"

4o. Nemini licet tot missas assumere quibus intra annum a die susceptæ obligationis satisfacere probabiliter ipse nequeat ; salva tamen sempe contraria offerentium voluntate. qui aut brevius tempus pro missarum celebratione sive explicite sive implicite ob urgentem aliquam causam deposcant, aut longius tempus concedant aut majorem missarum numerum sponte sua tribuant.

5o. Qui exuberantem missarum numerum habent, de quibus sibi liceat libere disponere, possunt distribuere eas præterquam Nobis aut S. Sedi, Sacerdotibus quoque sibi bene visis, dummodo certe ac personaliter sibi notis et omni exceptione majoribus.

6o. Qui aliis quam Nobi vel S. Sedi commiserint eleemosynas missarum celebrandarum,

---

et ita porro pro quibuslibet 20 Missis unum mensem addendo ?

VII. An in casu art. 7 Decreti "Ut debita" pro sacerdotibus qui ab Ordinario stipendia accipiunt, termini currant non a die quo primarii offerentes stipendia dederunt, sed ex concessione Apostolicæ Sedis a die quo Ordinarius ipsis stipendia tribuit ?

S. C. Concilii, die 27 Febr. 1905, propositis dubiis ita respondit : Ad Vum. Rem reliqui discreto judicio et conscientiæ sacerdotum juxta decretum, et regulas a probatis doctoribus traditas.

Ad VII. Affirmative, id est obligationem incipere a die quo sacerdotes Missas celebrandas ad Ordinario recipiunt.

ubi constiterit missis non satisfactum fuisse, de suo supplere tenebuntur.

7o. Vetitum cuique omnino est missarum obligationes et ipsarum eleemosynas a fidelibus vel locis piis acceptas tradere bibliopolis et mercatoribus, diariorum et ephemeridum administratoribus, etiamsi religiosi viri sint, nec non venditoribus utensilium et indumentorum sacrorum, quamvis pia et religiosa instituta, et generatim quibuslibet, etiam ecclesiasticis viris, qui missas requirant, non taxative ut eas celebrent sive per se sive per sacerdotes sibi subditos, sed ob alium quemlibet, quamvis optimum, finem. Quapropter in posterum quilibet hanc legem violare præsumpserit aut scienter tradendo missas ut supra, aut eas acceptando, præter grave peccatum quod patrabit, pœnas infra statutas incurret.

8o. Pro missis manualibus stips a fidelibus assignata, vel ab ipsis, deficiente prævia conventione, juxta taxationem diœcesanam solvenda nunquam separari potest a missa celebratione, neque in alias res commutari aut imminui, sed celebranti ex integro et in specie sua est tradenda.

9o. Qui autem statuta in præcedentibus arti-

culis, 1, 7, 8, quomodolibet aut quovis prætextu perfringere ausus fuerit, si ex ordine sacerdotali sit, suspensioni a divinis S. Sedi reservatæ et ipso facto incurrendæ obnoxius erit ; si clericus sacerdotio nondum initiatus, supensioni a susceptis ordinibus pariter subjacebit, et insuper inhabilis fiet ad superiores ordines assequendos ; si vero laicus, excommunicatione latæ sententiæ Nobis reservata obstringetur.

10o. Quicumque missas celebrandas committere velit sacerdotibus, sive sæcularibus sive regularibus extra diœcesim commorantibus, hoc facere debet per eorum (recipientium) Ordinarium, aut ipso saltem annuente.

11o, Vicarii in domo curiali degentes loco pensionis partem eleemosynæ ab Ordinario determinatam pro missis cantatis parocho dimittent. (1)

12o. Pro Sacerdotibus qui a Procuratore Episcopi stipendia accipiunt, termini currunt non a die quo primarii offerentes stipendia dederunt, sed obligatio incipit a die quo sacerdotes missas celebrandas recipiunt. (2)

(1) Cfr. Resp. ad Episc. S. Deod., 27 feb. 1905.

(2) Resp. ad Arch, Leopoliensis Ruthenorum, 27 feb. 1905.

CAPUT IV

DE BAPTISMO CONFERENDO FRUCTUI ABORTIVO

Quia ex sententia modernorum est probabile fœtus in utero materno a primo instanti conceptionis vivere vita propria et rationali, moneantur medici, obstretices, et, per ipsos, parentes de necessitate baptizandi sub conditione fœtus abortivos, ne priventur, si forte ipsius sint capaces, vita æterna.

"Quot fœtus abortivos, ait Roncaglia, ex ignorantia obstetricum et matrum excipit latrina, quorum anima, si baptismate non fraudaretur, Deum in æternum videret, et corpus licet informe esset decentius tumulandum."

Insuper parvulos intra matris uterum adhuc occlusos medici atque obstetrices, instante partu, baptizare debent, quoties istos in vero vitæ discrimine versari perspexerint : ubi autem partus feliciter successerit iterum hujusmodi parvuli abluantur sub conditione.

"Si vero mater prægnans mortua fuerit. quam-

primum caute fœtus extrahatur, ac, si vivus fuerit, baptizetur." (1)

II. Si arctitudo mulieris talis sit ut neque partus præmaturus possibilis censeatur licebit-ne abortum provocare aut cæsaream suo tempore perficere operationem ?

Resp. : Quoad primam partem, *negative*, juxta decretum 24 julii 1895, de abortus illiceitate. Ad secundum vero quod spectat : Nihil obstare quominus mulier, de qua agitur, cæsareæ operationi suo tempore subjiciatur. (2)

III. Est-ne licita laparatomia quando agitur de prægnatione extra-uterina, seu de ectopicis conceptionibus ?

Resp. : Necessitate cogente, licitam esse laparotomiam ad extrahendos e sinu matris ectopicos

---

(1) Rit. Rom.

1o An debeat Superiorissa nosocomii X... inquirere in medicos, ipsos interrogando aut alia ratione, num rite servent decretum S. C. Rom. et Inq. 4 maii 1898, cum ejusdem declaratione 5 martii 1902 ? Ratio dubitandi est, quod a Sororibus Doctores practicantes eliguntur.

2o An vero sufficiat, ut eligant Doctores conscienciosos, quibus et procedendi rationem et responsabilitatem relinquant, quin ipsæ inquirant ?

S. Pœnitentiaria, die 7 Julii 1911, respondit :

Ad 1um. Negative.

Ad 2um. Affirmative, nec talium medicorum operæ Superiorissa tenetur obsistere, nisi in casu quo evidenter se proderet eorum prævaricandi intentio.

(2) S. Off., 4 maii 1898.

conceptus, dummodo et fœtus et matris vitæ, quamtum fieri potest, serio et opportune provideatur. (ibidem.)

Utrum aliquando liceat e sinu matris extrahere fœtus ectopicos adhuc immaturos, nondum exacto se[illegible]o mense post conceptionem ?

Resp. : *Negative*, juxta decretum 4 maii 1898 vi cujus fœtus et matris vitæ, quantum fieri potest, serio et opportune providendum est ; quoad vero tempus, juxta idem decretum, Orator meminerit nullam partus accelerationem licitam esse, nisi perficiatur tempore ac modis, quibus ex ordinarie contingentibus matris ac fœtus vitæ consulatur. (1)

CAPUT V

DE NECESSITATE REBAPTIZANDI SUB CONDITIONE INFANTES QUOS NON CERTO CONSTAT FUISSE VALIDE BAPTIZATOS

Minister ordinarius baptismi est parochus vel alius sacerdos a parocho aut ab Ordinario loci delegatus ; necessitate autem cogente, non modo sacerdos vel quilibet clericus, sed etiam laicus.

---

(1) S. Off., 5 martii 1902.

sive vir, sive femina, sive fidelis, sive infidelis sit, baptizare potest ; dummodo legitima materia et forma utatur et intendat facere quod facit Ecclesia. Quando autem medicus aut obstetrix, necessitatis causa, baptizat, adhibere debet, quoad fieri potest, duos testes, qui verba ab ipsis prolata in baptizando audiant. Parochus vero, cui, postea adducitur infans, interroget sedulo medicum vel obstetricem et testes : ex qua inquisitione si nullum adsit prudens dubium de validitate baptismi, abstineat a nova baptismi administratione, etiam sub conditione ; sin autem deficiant testes vel ex ipsorum relatione rationabiliter dubitat, rebaptizet sub conditione.

CAPUT VI

DE LOCO CONVENIENTI AD AUDIENDAS CONFESSIONES

Locus proprius ad peccatorum accusationem accipiendam est confessionale, quod regulariter situm esse debet in ecclesia. Attamen tolerari potest ut viri, qui non faciliter accedent ad sacrum tribunal, alibi etiam in domibus privatis confessionem peragant ; non autem mulieres, nisi morbi causa.

Si vero mulier ægrotans audienda est in domo sua, janua cubiculi sit aperta, et conspici possint et confessarius et pœnitens, non autem audiri.

CAPUT VII

DE CASIBUS RESERVATIS

Nemo sacerdotum sine facultate speciali a casibus vel censuris Sanctæ Sedis vel Nobis reservatis, nisi agatur de mortis articulo vel urgeat necessitas, absolvere audeat. (1)

Quæ prohibitio obligat sub pœna excommunicationis pro casibus Romano Pontifici speciali modo reservatis et nullitatis pro omnibus.

Absolutio a Romano Pontifici reservatis in mortis articulo constitutis a sacerdotibus facultatem specialem non habentibus concessa quamvis sit valida et licita ; tamen ita absolutos, si convaluerint, ab obligatione standi mandatis Ecclesiæ non eximit (2)

---

(1) Censura contra trahentes clericos ad tribunalia judicum laicorum. "Quicumque privatorum, laici sacrive ordinis, mares feminæve, personas quasvis ecclesiasticas, sive in criminali causa sive in civili, nullo potestatis ecclesiasticæ permissu, ad tribunalia laicorum vocent, ibique adesse publice compellant, eos etiam omnes in Excommunicationem latæ sententiæ speciali modo Romano Pontifici reservatam incurrere." (Motu Proprio, 9 oct. 1911)

(2) Const. "Apost. Sedis."

Obligatio autem standi mandatis Ecclesiæ importat onus sive per se sive per confessarium obrecurrendi ad S. Pontificem, ejusque mandati obtinendi, vel novam absolutionem petendi ab habente facultatem a censuris S. Pontifici speciali modo reservatis. (1)

Attamen hujusmodi recursus ad superiorem, recuperata valitudine, non est necessarius si agatur de absolutione a simpliciter Rom. Pont. reservatis. (2)

Impossibilitas etiam perpetua personaliter adeundi Sanctam Sedem non solvit pœnitentem ab obligatione recurrendi ad Ipsam in casibus vel censuris Papæ reservatis ; sed tunc recurrendum est per litteras ad Sacram Pœnitentiariam sub pœna reincidentiæ in eamdem censuram. (3)

In casibus vere urgentibus, in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis scandali vel infamiæ, vel etiam quando durum valde est pro pœnitente in grave peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis, sim-

---

(1) S. Off., 19 aug 1891.
(2) Ibidem, ad IIIum.
(3) S. Off., 17 junii 1891.

plici confessario licet absolvere, injunctis injungendis, sub pœna reincidentiæ in easdem cen: ras, nisi saltem infra mensem per epistolam per medium confessarii absolutus recurrat a Sanctam Sedem. (1)

Nec ab hujusmodi facultate excipiendi sunt casus Bullæ "Sacr. Pœn." quæ peccata refert specialissime reservata. Imo prædicto modo simplex confessarius etiam ab irregularitatibus occultis absolvere potest. (2)

Sufficit recursus ad Episcopum facultate absolvendi ab his casibus instructum et ad ejus Vicarios Generales, non autem ad alios sacerdotes habitualiter delegatos ad absolvendum a Romano Pontifici reservatis. (3)

Imo quando neque confessarius neque pœnitens epistolam ad Sacram Pœnitentiariam mittere possunt, et durum sit pœnitenti adire alium confessarium, in hoc casu licet confessario pœnitentem absolvere a casibus Sanctæ Sedi reservatis, absque onere mittendi epistolam. (4)

---

(1) S. Off., 23 junii 1886, et S. Off., 16 junii 1897.
(2) S. Off., 6 sep. 1909.
(3) S. Off., 19 dec. 1900.
(4) S. Off., 9 nov. 1898.

At nunquam contingere potest ut omittatur recursus si agatur de sacerdote a casu papali propter absolutionem complicis absoluto. S. Officium enim, die 3 junii 1899, declaravit hunc casum non comprehendi in proviso diei 9 nov. 1898.

Præter casus in Constitutione "Apost. Sedis" recensitos, tria peccata reservata sunt in nostra diœcesi, videlicet concubinatus publicus et notorius, locatio domus scienter facta meretricibus publice notis (1 Conc. Queb.), et perjurium. (V. Conc. Queb.)

1o, Ne quis pereat occasione reservationis, validam declaramus absolutionem datam pœnitenti bonæ fidei a sacerdote jure absolvendi ab his supradictis casibus non gaudente. Sacerdos autem qui absolvit conscientiæ suæ consulat.

2o. Facultatem ab eis absolvendi concedimus omnibus nostris vicariis generalibus et canonicis Ecclesiæ Cathedralis ; soli vicarii generales subdelegare poterunt. Vicariis generalibus facultatem exercendam etiam post obitum nostrum, donec Apostolica Sedes certior facta, alio modo provideat, vi indulti Nobis concessi, absolvendi a casibus Romano Pontifici etiam speciali modo reservatis, excepta absolutione complicis, communicamus.

3o. Quivis sacerdos, in territorio in quo habet jurisdictionem, absolvere potest a casibus supra reservatis Nobis ; (a) in periculo probabili mortis ; (b) feminas quæ non possunt absque scandalo ad superiorem remitti ; (c) in dubio rationabili utrum culpa sit reservata ; (b) temporis paschali sive ordinario, sive extenso ab Episcopo ; (e) eos qui tempore paschali non potuerunt confiteri, vel quibus, tempore paschali confitentibus, dilata est absolutio ex causa rationabili ; (f) eos qui sunt in obligatione administrandi vel recipiendi aliquod sacramentum, nec possunt recurrere ad superiorem, uti sunt, v. g., sponsi qui mox contracturi sunt matrimonium ; (g) eos qui faciunt confessionem generalem quam confessarius necessariam judicaverit ; (h) eos qui se præparant ad confirmationem, vel ad primam communionem ; (i) infirmos et senes qui non possunt venire ad ecclesiam ; captivos, eos qui in longum vel periculosum iter proficiscuntur ; (j) tempore missionum (gallice, retraites) ; (k) tempore Quadraginta Horarum.

CAPUT VIII

DE OLEIS SANCTIS

Etsi cedant sacramentis dignitate sacramentalia, ipsis tamen, præsertim sanctis oleis ab Episcopo solemniter feria V in Cœna Domini consecratis, magna debetur veneratio ac reverentia. Quoad ista igitur serventur decreta S. R. C. necnon et Ritualis Romani præscriptiones. Hinc caveant Parochi ne domi retineant s. Oleum infirmorum, excepto casu magnæ distantiæ ab ecclesia ; quo in casu provideat, juxta Rubricam, ut in loco honesto, decenti et tuto custodiantur. (1) Curent etiam, quantum fieri potest, ne per laicos, sed per se vel per alium sacerdotem, vel saltem per Ecclesiæ ministrum hæc olea deferantur. (2)

Olea necessaria parochi quotannis quamprimum sibi comparent. Ad hoc possunt, defectu sacerdotis vel clerici in sacris constituti, si ipsis difficile est adire ecclesiam cathedralem, deputare laicos, de quorum fidelitate constet ; non au-

(1) Gandaven. 16 dec. 1826.

(2) Ibidem in nota.

tem postulare debet ut sibi transmittantur per "express." (1)

Tandem conserventur olea in capsula, quoad ejus fieri possit argentea vel saltem stannea, non autem ænea, neque vitrea aut testacea, neque lignea aut marmorea.

Quoniam diabolus, qui semper "circuit quærens quem devoret," in ultimis momentis magis quam in alio quovis vitæ tempore contra homines sævit, majorique parat ipsis insidias ac pericula salutis, hinc expedit ut tunc pastores animarum nullum non moveant lapidem, ut infirmos in periculo mortis constitutos muniant salutari sacramento Extremæ Unctionis a Domino instituto tanquam ultima tabula salutis. Servent regulariter rubricas Ritualis Romani. At in casu mortis imminentis, sequantur decreta S. C. S. Off : "In casu veræ necessitatis sufficere formam : Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen." (2)

Quæ formula brevis, quando urget necessitas, adhibetur cum unica unctione in una ex princi-

(1) Dec. C. S. O. maii 1901.
(2) 26 Aprilis 1906.

palioribus partibus corporis, melius in capite sive in fronte.

Huc refert etiam theoria recens de distinctione inter speciem et veritatem mortis. (La mort réelle et la mort apparente.) Quia, juxta hanc theoriam, quæ suam habet probabilitatem, semper habetur aliquod intervallum temporis inter apparitionem horum signorum exteriorum mortis et separationem animæ a corpore, in qua vera mors consistit, si quis sacerdos, vocatus ad moribundum, invenit eum halitu vacantem a semihora, semper ministret sacras unctiones ; et, si agatur de morte subitanea et improvisa, præcipue ex causa exteriori, quamvis sit apparenter mortuus a pluribus horis, ungat eum.

CAPUT XI

DE COMMUNIONE PUERORUM

Meminerint animarum curatores, vi adhuc vigentis decreti Concilii Lateranensis IV, a Concilio Tridentino confirmati, "Christifideles, ubi primum ad annos discretionis pervenerint, obligatione teneri accedendi, saltem semel in anno, ad Pœnitentiæ et Eucharistiæ sacramenta."

Meminerint etiam contra haud paucos errores plorandosque abusus in hac rationis seu discretionis ætate statuenda, a Jansenianis erroribus profectos, qui Sanctissimam Eucharistiam præmium esse contendunt, non humanæ fragilitatis medelam, Tridentinam Synodum sensisse eam esse "antidotum quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus præservemur" ; quæ doctrina nuper a Sancta Congregatione Concilii pressius inculcata est decreto die XXVI mensis Decembris 1905 lato, quo ad communionem quotidianam aditus universis tum provectioris tum tenerioris ætatis patuit, duabus tantummodo impositis conditionibus, statu gratiæ et recto voluntatis proposito.

"Nec sane justa causa esse videtur quamobrem, quum antiquitus sacrarum specierum residua parvulis etiam lactentibus distribuerentur, extraordinaria nunc præparatio a puerulis exigatur qui in primi candoris et innocentiæ felicissima conditione versantur, mysticoque illo cibo, propter tot hujus temporis insidias et pericula, indigent maxime." (1)

---

(1) Cf. decr. "Quam Singulari" S. C. Sacr., die 8 mensis aug. anno 1910.

Ut autem hac in re efficacius evadat parochorum et confessariorum ministerium, ut veteres abusus ac consuetudines prorsus amoveantur et pueri vel a teneris annis Jesu Christo adhæreant, ejus vitam vivant ac tutelam inveniant contra corruptelæ pericula, præ oculis habeantur normæ, ubique servandæ, de prima puerorum communione, decreto S. C. Sacr. supra allato statutæ.

(a) Aetas discretionis tum ad confessionem tum ad S. Communionem ea est, in qua puer incipit ratiocinari, hoc est circa septimum annum, sive supra, sive etiam infra. Ex hoc tempore incipit obligatio satisfaciendi utrique præcepto Confessionis et Communionis.

(b) Ad primam Confessionem et ad primam Communionem necessaria non est plena et perfecta doctrinæ christianæ cognitio. Puer tamen postea debebit integrum catechismum pro modo suæ intelligentiæ gradatim addiscere.

(c) Cognitio religionis quæ in puero requiritur, ut ipse ad primam Communionem convenienter se præparet ea est, qua ipse fidei mysteria necessaria necessitate medii pro suo captu percipiat, atque eucharisticum panem a commu-

ni et corporali distinguat ut ea devotione quam ipsius fert ætas ad S. Eucharistiam accedat.

(d) Obligatio præcepti Confessionis et Communionis, quæ puerum gravat, in eos præcipue recedit qui ipsius curam habere debent, hoc est in parentes, in confessarium, in institutores et in parochum. Ad patrem vero, aut ad illos qui vices ejus gerant, et ad confessarium, secundum Catechismum Romanum, pertinet admittere puerum ad primam Communionem.

(e) Semel aut pluries in anno curent parochi indicere atque habere Communionem generalem puerorum, ad eamque non modo novensiles admittere, sed etiam alios, qui parentum confessariive consensu, ut supra dictum est, jam antea primitus de altari sancta libarunt. Pro utrisque dies aliquot instructionis et præparationis præmittantur.

(f) Puerorum curam habentibus omni studio curandum est ut post primam communionem iidem pueri ad sacram mensam sæpius accedant, et, si fieri possit etiam quotidie, prout Christus Jesus et mater Ecclesia desiderant, utque id agant ea animi devotione quam talis fert ætas. Meminerint præterea quibus ea cura est gravis-

simum quo tenentur officium providendi ut publicis catechesis præceptionibus pueri ipsi interesse pergant, sin minus, eorumdem religiosæ institutioni alio modo suppleant.

(g) Consuetudo non admittendi ad confessionem pueros, aut nunquam eos absolvendi, quum ad usum rationis pervenerint, est omnino improbanda.

(h) Detestabilis omnino est abusus non ministrandi Viaticum et Extremam Unctionem pueris post usum rationis, eosque sepeliendi ritu parvulorum.

(i) SSmus D. N. Pius Papa X vult præsens decretum populo quotannis legi tempore præcepti paschalis, vernacula lingua,

CAPUT X

DE COMMUNIONE QUOTIDIANA

Cum Sancta Tridentina Synodo (sess. 22, de sacrif. missæ, c. 6) hæc Synodus optaret quidem "ut in singulis Missis fidelesadstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent."

Meminerint sacerdotes desiderium Jesu Christi (Joan. VI, 59) et Ecclesiæ, ut omnes Christifi-

deles quotidie ad Sacrum Convivium accedant, in eo potissimum est ut Christifideles, per sacramentum Deo conjuncti, robur inde capiant ad compescendam libidinem, ad leves culpas quæ quotidie occurrunt abluendas, et ad graviora peccata, quibus humana fragilitas est obnoxia, præcavenda ; non autem præcipue ut Domini honori ac venerationi consulatur, nec ut sumentibus id quasi merces aut præmium sit suarum virtutum. (S. Aug. serm. 57 in Matth. De Orat. Dom. n. 7) (1)

Monemus sacerdotes omnes et ecclesiasticos scriptores, veteres disputationes et quæstiones de dispositionibus, quibus ad frequentem et quotidianam communionem accedere oporteat, diremptas fuisse auctoritate suprema Smi Dni Nostri Pii PP X. Sedulo igitur a quibusvis hujusmodi contentiosis disputationibus abstineant.

Caveant igitur confessarii ne a frequenti seu quotidiana communione quemquam cujusvis ordinis aut conditionis avertant, qui in statu gratiæ reperiatur et recta mente accedat.

Sciant rectam mentem in eo esse, ut qui ad

---

(1) Cf. Decret. S.C. Concilii, "De quot. SS. Euch. sump., 22 dec. 1905.

sacram mensam accedit non usui, aut vanitati aut humanis rationibus indulgeat, sed Dei placito satisfacere velit, ei arctius caritate conjungi, ac divino illo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurrere. (1)

Parochi nihil intentatum relinquant ut frequentem et quotidianam S. Eucharistiæ sumptionem promoveant inter proprios parochianos, cujuscumque ordinis sint, etiam rudiores et infirmæ conditionis ruricolas. Idcirco parochi, confessarii et concionatores, juxta probatam Catechismi Romani doctrinam (part. II, C. 4, N. 50) christianum populum ad hunc tam pium ac tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque cohortentur. (2)

---

(1) Cf. Decr., De quot. S. Euch. sump.


(2) Nota : "Confessariis rite probatis, sociis sodalitatis SACERDOTALIS EUCHARISTICI FOEDERIS, facultas conceditur communicandi semel in hebdomada plenariam indulgentiam pœnitentibus, qui quotidie vel quasi quotidie ad Sacram Synaxim accedere consueverunt." (Brev. Apost., 10 aug. 1906)

Hæc indulgentia, non singulis hebdomadis sed modo quodam habituali communicari potest. (S. C. Ind. et SS. Rel., 7 maii 1907.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

ANSI and ISO TEST CHART No 2



CAPUT XI

DE COMMUNIONE INFIRMORUM NON JEJUNORUM

Si sermo sit de infirmis graviter ægrotantibus atque in proximo mortis periculo versantibus, practice quæ justa sit doctrina, tradit Benedictus XIV (De Syn, diœc. lib. 7, cap. 12, n. 4): "Ne parochi renuant sanctissimam Eucharistiam iterato deferre ad ægrotos, qui, etiam perseverante eodem morbi periculo, illam sæpius per modum Viatici, cum naturale jejunium servare nequeunt, percipere cupiunt."

Si discussio fiat de infirmis chronicis aliisque diuturno morbo absque discrimine laborantibus, et naturale jejunium in sua integritate servare non valentibus, præ oculis habeatur declaratio S. C. Concilii, die 7 dec. 1906: "SSmus D. N. Pius PP. X benigne concessit ut infirmi, qui jam a mense decumberent absque certa spe ut cito convalescant, (etiam illi qui in lecto decumbere non possunt, aut ex eo aliquibus horis diei surgere queunt. Eadem S. C., 6 martii 1907) de confessarii consilio SSmam Eucharistiam sumere possint semel aut bis in hebdomada, si agatur de infirmis qui degunt in piis domibus, ubi SSmum

Sacramentum asservatur, aut privilegio fruuntur celebrationis Missæ in Oratorio domestico, semel vero aut bis in mense pro reliquis, etsi aliquid per modum potus antea sumpserint, (1) servatis de cetero regulis a Rituali Romano et a S. Rituum Congregatione ad rem præscriptis.

CAPUT XII

DE DECRETO "NE TEMERE"

Matrimonia clandestina Ecclesia semper improbavit: maxime vero dum, tantis malis, quæ ex his conjugiis ortum habent, occurrere volens decrevit hujusmodi contractus irritos esse atque prorsus nullos. (Conc. Trid. Sess. 24 de Ref. c. 1.)

Lege enim "Tametsi", S. Synodus Tridentina connubia aliter inita quam coram proprio parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi aut episcopi licentia et duobus saltem testibus, omnino irrita et invalida declaravit.

Verum Concilii Trid. decretum non ubique vim legis obtinuit, nec omnibus difficultatibus, dubiis

---

(1) Quando dicitur "per modum potus", significatur quod permittitur usus jusculi, caffei, aliorumque ciborum liquidorum, cum quibus misceri potest aliqua substantia, uti v. g. condita farina, friatus panis, dummodo dicta mixtio non amittat naturam cibi liquidi. (S. Off., 4 junii 1893).

ac fraudibus efficax præbuit remedium ; unde ad removenda incommoda quæ nostra ætate in diem frequentiora evaserant, S. Concilii Congregatio, de speciali Pii papæ X mandato, novam formam celebrationis matrimonii nostris temporibus magis accommodatam indixit decreto " Ne Temere ", die 2a augusti 1907.

Eodem decreto S. Congregatio specialem præscribit formam qua sponsalia, ut canonicos sortiantur effectus, nonnisi in scriptis, et confecto authentico instrumento rite subscripto quo publice constet de promissionibus, iniri debent.

Decretum "Ne Temere" constituere legem vere et stricte pontificiam qua dispositionibus antiquæ disciplinæ derogatur atque consuetudines et jura quæcumque contraria evertuntur clare nobis indicat finalis clausula: "Præsentibus valituris de mandato speciali SS. D. N. Pii X, contrariis quibuslibet etiam peculiari mentione dignis minime obstantibus."

Decretum tamen dispositiones juris, quæ formam substantialen matrimonii non respiciunt, immutatas reliquit,

Modo autem singulari nempe transmissione decreti ad locorum Ordinarios lex nova fuit pro-

mulgata, ac robur suum habuit dia 11a aprilis anni 1908. Denique "monentur Ordinarii ut curent præsens decretum quam primum in vulgus edi et in singulis suarum diœcesum parochialibus ecclesiis explicari, ut ab omnibus rite cognoscatur."

Vi præfatæ disciplinæ, ea tantum matrimonia valida sunt, quæ contrahuntur coram parocho vel ordinario loci vel sacerdote ab alterutro delegato, et duobus saltem testibus.

Solus autem parochus, nominatim nec suspensus nec excommunicatus, qui, rogatus, libere exquirit (1) excipitque contrahentium consensum, a die adeptæ possessionis beneficii aut officii assistit valide, intra limites dumtaxat sui territorii, matrimoniis etiam non subditorum.

Parochus vero est in sensu legis ille cui legitime commissa est cura animarum in aliquo determinato territorio. Sed, cum vice-parochi nostræ

---

(1) "Præscriptionem Decreti "Ne Temere", n. IV, § 3, de requirendo per parochum excipiendoque, ad validitatem matrimonii, nupturientium consensu, in matrimoniis mixtis in quibus debitas cautiones exhibere pervicaciter partes renuant, locum posthac non habere ; sed standum *taxative* præcedentibus Sanctæ Sedis ac præsertim s. m. Gregorii PP. XVI (litt. app. diei 30 aprilis 1841 ad episcopos Hungariæ) ad rem concessionibus : facto verbo cum Smo."

Relatam resolutionem Ssmus D. N. Pius adprobare dignatus est, die 23 maii 1912.

diœcesis universalem exerceant jurisdictionem in locis in quibus sacra ministrant, volumus ut etiam connubiis assistere valeant ; imo et alium sacerdotem idoneum semper valide, absente vero parocho, licite possint deputare.

Ceteris laudati decreti articulis, quorum sensus jam clarior evasit novissimis Sanctæ Sedis declarationibus, traduntur normæ ad unguem servandæ ut licite contrahatur matrimonium. Ita "monentur parochi ne omittant baptismi testimonium a contrahentibus exigere, si hic alia in parœcia fuerit collatus," (1)

Si forte accidat ut, adhibitis etiam cautelis, baptismi parochus, in recipienda denuntiatione matrimonii comperiat alterutrum contrahentium aliis nuptiis jam alligatum, rem quantocius significabit parocho attentati matrimonii. (2)

Item "Sanctitas sua declarare dignata est ac decernere quemlibet sacerdotem, qui, ad normam art. III decreti "Ne Temere," imminente mortis periculo, ubi parochus vel loci Ordinarius vel sacerdos ab alterutro delegatum haberi nequeat, coram duobus testibus matrimonio adsistere va-

(1) S. C. de Sacr., 6a martii 1911.
(2) S. C. de Sacr., die 6a martii 1911.

lide ac licite potest, in iisdem rerum adjunctis dispensare quoque posse super impedimentis omnibus etiam publicis matrimonium jure ecclesiastico dirimentibus, exceptis sacræ presbyteratus ordine et affinitate lineæ rectæ ex copula licita." (1)

Præfato decreto comprehenduntur etiam parochi, etsi non fuerint ad normam declarationis S. Officii diei 9 januarii 1889, habitualiter subdelegati a propriis Ordinariis. (2)

Insuper "ut quæ n. IX. a. 2 memorati Decreti præscripta sunt rite serventur, celebrati matrimonii denuntiatio, ad baptismi parochum transmittenda, conjugum eorumque parentum nomina et agnomina descripta secumferat, ætatem contrahentium, locum, diemque nuptiarum, testium qui interfuerunt nomina et agnomina, habeatque parochi subscriptum nomen cum adjecto parochiali sigillo. Inscriptio autem accurate indicet parœciam, diœcesim, oppidum seu locum baptismi conjugum, et ea quæ ad scripta per publicos portitores tuto transmittanda pertinent. (3)

---

(1) S. C. de Sacr. XIV maii 1909.
(2) S. C. de Sacr., 29 julii 1910.
(3) S. C. de Sacr., die martii 1911.

Quoad matrimonia eorum qui a genitoribus acatholicis vel infidelibus nati, sed in Ecclesia Catholica baptizati, postea, ab infantili ætate in hæresi seu infidelitate vel sine ulla religione adoleverunt, quoties cum parte acatholica vel infideli contraxerunt, S. Officium, die 31 martii 1911, decrevit : "Recurrendum esse in singulis casibus." (1)

CAPUT XIII

DE MATRIMONIIS MIXTIS

Matrimonia mixta, ait Bened. XIV, sunt detestabilia connubia, quæ Sancta Mater Ecclesia perpetuo damnavit atque interdixit. "Animos enim de disciplina religionis dissentientes, ait Leo XIII, (Enc. Arcanum) vix sperari potest futuros esse cetero concordes. Quinimo ab hujusmodi conjugiis ex eo maxime prospicitur esse abhorrendum, quod occasionem præbent vetitæ societati et communicationi rerum sacrarum, periculum religioni creant conjugis catholici, impedimento

---

(1) Die 5 februarii 1865, Sanctitas Sua, ad instantiam Patrum III. Concilii Queb., concessit facultatem, pro omnibus diœcesibus provinciæ, impertiendi benedictionem nuptialem solemnem iis sponsis quibus eamdem jure communi licet intra missam impertiri, accedente tamen rationabili causa.

(Ex app. ad III. Conc. Queb.

sunt bonæ institutioni liberorum, et persæpe animos impellunt, ut cunctarum religionum æquam habere rationem assuescant, sublato veri falsique discrimine."

Tamen conjugia mixta, accedente dispensatione, tolerari quandoque possunt ad majora damna aut scandala vitanda, dummodo adhibeantur debitæ cautelæ. Istæ vero cautiones sunt :

1o. Ut amoveatur periculum perversionis a conjuge catholico.

2o. Ut ei concedatur liberum religionis exercitium.

3o. Ut ipsepro viribus procuret conversionem conjugis acatholici.

4o. Ut universa proles in fide catholica educetur,

5o. Ut de his servandis fiat promissio seria.

Mixta connubia extra ecclesiam et absque parochi benedictione, ulloque alio ecclesiastico ritu celebrentur.

Quia vero matrimonia mixta sunt fidelibus damnosissima et raro felicem sortiantur exitum, qui curam animarum gerunt totis viribus catho-

licos avertant ab hujusmodi unionibus ineundis; caveantque ne inter juvenes catholicos et acatholicos contrahantur familiaritates ex quibus matrimonia mixta oritura sint. Quod si omnis conatus in irritum cesserit, rem deferant ad Ordinarium. De cetero ad efficacius removendum ipsum perversionis vel indifferentismi periculum, omni studio adhortantur fideles ut, nedum in sacris quidem, verum etiam in conversatione fugiant hæreticorum communionem.

CAPUT XIV

DE SPONSORUM STATU LIBERO PROBANDO

Præscribit art. V, § 1a Decreti " Ne Temere " ut inquirat parochus de statu libero sponsorum ; " Constito sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de jure servandis."

Quapropter antequam matrimonia adsistat, accuratissime explorabit parochus utrum aliquid obstat tum validitati tum liceitati connubii ; omnes adhibeat cautelas, maxime erga minorennes utroque parente orbatos, ne agat contra legis civilis præscriptiones.

Hic recolenda est monitio S. Cong. de Sacr., sub die 6 martii 1911, qua parochus tenetur

baptismi testimonium a contrahentibus exigere, si hic alia in parœcia fuerit collatus. Si autem agatur de vagis, parochus non permittat matrimonium, inconsulto episcopo, ad quem pertinet de authenticitate et legalitate documentorum quibus probatur libertas sponsorum, sententiam ferre. Tandem, nisi dispensatio obtenta fuerit, proclamationes semper fieri debent ad tramitem juris.

CAPUT XV

NORMAE AD DIGNOSCENDAS VERAS INDULGENTIAS AB APOCRIPHIS

Cum non desint fideles qui, temerario zelo permoti, falsas aut saltem suspectas Indulgentias in vulgus edi non vereantur, S. Congr. Indulgentiarum, die 10 aug. 1899, normas statuit quibus discernuntur veræ Indulgentiæ a suspectis. Memoratas regulas hic exhibere valde utile duximus.

Regula I. Authenticæ sunt omnes indulgentiæ, quæ in novissima Collectione a S. Indulgentiarum Congr. edita continentur.

Regula II. Indulgentiæ generales, quæ in supra dicta Collectione non exhibentur, vel quæ

concessæ feruntur post editam Collectionem, tunc solummodo habendæ erunt ut authenticæ, cum earumdem concessionis authographum monumentum recognitum fuerit a S. Indulgentiarum Cong., cui sub nullitatis pœna, exhibendum erit antequam publicentur.

Regula III. Authenticæ habeantur ind. concessæ Ordinibus et Confraternitatibus, Archisodalitiis, Sodalitiis, piis Unionibus, piis Societatibus, nonnullis Ecclesiis celebrioribus, Locis piis et Objectis devotionis, quæ continentur in summariis recognitis et approbatis a S. Congr, Ind., ejus auctoritate vel venia typis editis.

Regula IV. Non habeantur ut authenticæ Indulgentiæ sive generales, sive particuliares, quæ continentur in libris, in libellis, in summariis, in foliis, in chartulis, sive etiam in imaginibus, impressis sine approbatione auctoritatis competentis; quæ approbatio concedenda erit post diligentem recognitionem et distincte exprimenda.

Regula V. Apocriphæ, vel nunc prorsus revocatæ, sunt omnes Indulgentiæ mille vel plurium annorum quocumque tempore concessæ dicantur.

Regula VI. Suspectæ habeantur indulgentiæ plenariæ quæ asseruntur concessæ recitantibus

pauca verba dumtaxat ; exceptis indulgentiis in articulo mortis.

Regula VII. Rejiciendæ sunt ut apocriphæ indulgentiæ, quæ circumferuntur in libellis, foliis seu chartulis impressis vel manuscriptis, in quibus ex levibus aut etiam superstitiosis causis et incertis revelationibus, vel sub illusoriis conditionibus promittuntur Indulgentiæ et gratiæ usum et modum excedentes.

Regula VIII. Ut commentitia rejicienda sunt folia, et libelli, in quibus promittitur fidelibus unam alteramve precem recitantibus liberatio unius vel plurium animarum a purgatorio : et Indulgentiæ quæ dictæ promissioni adjici solent ut apocriphæ habendæ sunt.

Regula IX, Apocriphæ, vel saltem graviter suspectæ habeantur Indulgentiæ recentioris assertæ concessionis, si ad inusitatum numerum annorum vel dierum producuntur.

Prædictis regulis adjici debet prescriptio Pii papæ X in MOTU PROPRIO diei 7 aprilis anni 1910, qua, sub pœna nullitatis gratiæ obtentæ, omnes concessiones Indulgentiarum et facultates

in hac re a S. Officio recognosci ac ratæ haberi debent. (1)

CAPUT XVI

DE CONFESSIONE REQUISITA AD INDULGENTIAS LUCRANDAS

Inter opera necessaria ad Indulgentias plenarias lucrandas etiam illis qui nullius peccati letalis conscii sunt, ordinarie præscribitur sacramentalis confessio. Hæc autem, vigilia diei in quo conceditur Indulgentia, semper perfici potest.

Sed Clemens XIII, die 9a dec. 1763, " Omnibus christifidelibus, qui frequenti peccatorum confessione animum studentes expiare, semel saltem in hebdomada ad sacramentum Pœnitentiæ accedere, nisi legitime impediantur, consueverunt, indulsit, ut omnes et quascumque indulgentias consequi possint etiam sine actuali confessione,

(1) " Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores generales consulendum SSmo decreverunt, ut quascumque alias, præter memoratam, (nempe indulgentias pio Viæ Crucis exercitio aut simulacro Ssmi Crucifixi pro impeditis ab eodem perficiendo adnexas) super Viæ Crucis exercitio concessiones, nominatim vero quæ *Coronas*, quas vocant, *Viæ Crucis* respiciunt revocare, abrogare ac penitus abolere dignaretur : insimul declarando, facultates omnes Coronas supradictas hunc in effectum benedicendi, sacerdotibus quibuslibet, tam sæcularibus quam regularibus, in præstantioribus etiam dignitatibus constitutis, hucusque

quæ ceteroquin ad eas lucrandas necessaria esset." (1)

Nunc vero Beatissimus Pater Pius X omnibus christifidelibus, qui quotidie Sancta de Altari libare consuescunt, quamvis semel aut iterum per hebdomadam a communione abstineant, privilegio Clementis XIII frui posse concedit absque hebdomadariæ illius confessionis obligatione. (2)

Quod ad Indulgentias occasione solemnitatum lucrandas attinet, Beatissimus Pater Papa Pius X, decreto S, Congr. Indulgentiarum, sub die 2 martii 1908, de apostolica benignitate indulsit, ut confessio peregenda ad lucrandam Indulgentiam, si hæc pluries eadem die sit concessa tribus diebus immediate præcedentibus, sin vero semel in die sit concessa duobus tantum integris diebus antecipari queat. (3)

Tandem, cum fidelibus, qui concionibus Quadragesimæ, Adventus, Missionum et Spiritualium

---

quomodocumque impertitas, statim ab hujus Decreti promulgatione, nullius amplius esse roboris.

Die 9 maii 1912. SSmus D. N. Pius Xus, Emorum Patrum votis annuens, propositam ab eis resolutiones, suprema Sua auctoritate, in omnibus et singulis adprobare et confirmare dignatus est." (Act. S. S., vol. IV p. 529).

(1) cfr Act. S. S. 1906.

(2) Act. S. S. 1908.

(3) Act. S. S. 1908.

Exercitiorum adsistunt, sub consuetis conditionibus Indulgentia plenaria concedi soleat; cumque frequenter accidat, ut nequeant biduo omnium confessiones audiri, et exinde plures ex fidelibus Indulgentiæ gratia frustrati evadant, efflagitatum fuit indultum generale, vi cujus confessiones intra ultimos quinque dies prædictarum concionum periodorum peractæ a christifidelibus, qui ut supra adstiterint, ipsis pro lucranda ultimo die indulgentia plenaria suffragatur, dummodo ceteras conditiones, in respectivis indultis requisitas, rite adimpleant.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. X, die 28 aug. 1907, benigne annuit pro gratia juxta preces. (1)

"Item SSmus Papa benigne concessit ut tempus utile ad lucrandas Indulgentias alicui diei

---

(1) Quoad visitationem ordinarie præscriptam ad indulgentias plenarias lucrandas, SSmus D. P. Pius Xus, per S. Officium, die 14 janv. 1902, benigne indulsit, ut fideles utriusque sexus, qui perfectionis studio vel institutionis seu educationis, aut etiam valitudinis causa in domibus ecclesia vel publico sacello carentibus, de consensu vero Ordinariorum constitutis, vitam communem agunt, nec non personæ omnes ad illis ministrandum ibidem commorantes, quoties ad lucrandas indulgentias præscribatur visitatio alicujus ecclesiæ in genere, id est non determinatæ, vel indeterminati alicujus publici oratorii, visitare valeant propriæ domus sacellum, in quo obligationi audiendi Sacrum jure satisfacere possunt, dummodo cetera opera injuncta rite præstiterint. (Act. S. S. 1909, p. 210)

adnexas sit non modo a media nocte ad mediam noctem constituti diei, verum etiam a miridie diei præcedentis. (1)

MONITUM

Parochi aliique quorum interest rationem habeant responsionum S. R, Cong. et periodici "Ephemerides Liturgicæ" relate ad hymnum *Te Deum* in benedictionibus cum SSmo decantandum :

(a) An in functione Benedictionis SSmi Sacramenti, præter orationem de eodem, alia cantari possit ?

Ad X. Affirmative, priusquam cantetur *Tantum ergo*, si tunc aliæ dictæ sint Preces ; secus, negative, nisi aliter Apostolica Auctoritate statutum fuerit. (2)

(b) Quoties exposito SSmo Sacramento canitur Hymnus *Te Deum* in omnibus functionibus, expresse per Rubricas et Decreta non directis, ac datur in fine cum eodem Sanctissimo Benedictio; utrum versiculi, qui citantur in Decreto Sacræ Rituum Congregationis n. **2956,** 11 Septembris

(1) S. Officium, die 26 jan. 1911.
(2) S. R. C., die 23 Nov. 1906.

1847, Veronen., ad III, dici cum Oratione *Deus, cuius misericordiæ* debeant, ante Hymnum *Tantum ergo* : an potius duo Hymni sint coniungendi et absolvendi cum solo versiculo *Panem de cælo* et duabus Orationibus SSmi Sacramenti et actionis gratiarum, sub una conclusione ?

Ad X. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. (1)

(c) II. Nequit ullo modo probari usus, quo in repositione SS.mi Sacramenti, post orationem XL Horarum, finito cantu Litaniarum, hymnus *Pange, lingua*, cantetur in processione, usque ad versiculum *Tantum ergo*, qui resumetur post orationes et hymnum *Te Deum*. Ratio est quia non licet hymnos sacros abrumpere ; et si lex Clementina servatur, servetur oportet in omnibus, nisi agatur de re quadam forte mere accidentali, quod non habetur in casu. Hinc concludendum, quod hymnus *Te Deum* in functione ista abolendus est. Si tamen hoc nimis difficulter fieri possit, ob veterem consuetudinem, saltem provideatur ut hic cantus præmittatur toti hymno *Pange, lingua*. (2)

---

(2) Eadem S. R. C., die 1 Feb. 1907.
(3) Ephemerides Liturgicæ, die 1 Dec. 1912.

APPENDIX

FACULTATES DIOECESI TRIFLUVIANENSI A SANCTA SEDE CONCESSAE

I

SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

(a) Die 18 Aprilis 1912, episcopo trifl. concessit ad triennium facultatem :

1o. Dispensandi cum suis subditis super impedimento disparitatis cultus quatenus sine contumelia Creatoris fieri possit, et dummodo cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia præscriptis,

2o. Dispensandi cum suis subditis super impedimento impediente mixtæ religionis, servatis item conditionibus ab Ecclesia positis.

3o. Dispensandi in matrimoniis mixtis jam contractis, non tamen contrahendis, super gradibus consanguinitatis et affinitatis de quibus apostolicam facultatem pro catholicis jam obtinuit, quatenus pars catholica, prævia absolutione ab incestus reatu et censuris, cum parte acatholica rite matrimonium contrahere de novo possit, prolemque susceptam ac suscipiendam legitimam declarandi, dummodo cautum sit consuetis conditionibus ab Ecclesia præscriptis.

4o. Dispensandi intra fines suæ diœcesis coniugem fidelem super interpellatione conjugis in infidelitate relicti, dummodo adhibitis antea omnibus diligentiis etiam per publicas ephemerides ad reperiendum locum ubi conjux infidelis habitat ; iisque in irritum cessis, constet saltem summarie et extra judicialiter, dictum conjugem infidelem moneri legitime non posse, aut monitum, inter tempus in monitione præfixum suam voluntatem non significavisse.

5o. Dispensandi cum gentilibus et infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem et baptismum, quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti.

(b) Die 25 Aprilis 1912 ad triennium concessit facultatem :

Absolvendi ab omnibus censuris etiam speciali modo in Bulla "Apostolicæ Sedis moderationi" diei 12 octobris 1869 Romano Pontifici reservatis, excepta absolutione complicis in peccato turpi ; cum potestate eamdem facultatem communicandi Sacerdotibus idoneis qui in sua Diœcesi laborabunt.

EADEM S. CONGR. S. OFFICII.

(Sectio de Indulgentiis)

(c) Die 18 Aprilis 1912, ad triennium concessit facultatem :

1o. Largiendi ter in anno indulgentiam plenariam contritis, confessis ac sacra communione refectis.

2o. Concedendi indulgentiam plenariam primo conversis ab hæresi atque etiam fidelibus quibuscumque in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non poterint.

3o. Concedendi indulgentiam plenariam in oratione 40 horarum ter in anno indicanda diebus Episcopo benevisis, contritis et confessis et sacra communione refectis.

4o. Lucrandi sibi easdem indulgentias.

5o. Impertiendi quater in anno intra fines suæ diœcesis in solemnioribus festis Benedictionem Papalem cum indulgentia plenaria ab iis lucranda, qui vere pœnitentes, confessi ac sacra communione refecti eidem Benedictioni interfuerint Deumque pro S. Fidei propagatione et S. R, Ecclesiæ exaltatione oraverint.

6o, Impertiendi indulgentiam plenariam singulis in clero qui per quinque saltem dies sanctis exercitiis interfuerint, ac sacrosanctum Missæ sacrificium celebrantes vel saltem sacram synaxim recipientes pias ad Deum preces effuderint pro S. Fidei propagatione et juxta mentem Sanctitatis suæ, et ejusdem indulgentiæ applicationem per modum suffragii animabus in purgatorio detentis permittendi.

7o. Impertiendi benedictionem cum indulgentia plenaria omnibus Christifidelibus in articulo mortis constitutis juxta formam præscriptam, et permittendi ut, grassantibus epidemiis vel contagiosis morbis, prædicti fideles eamdem indulgentiam lucrari possint Christi Crucifixi imaginem, vel crucem ad hoc benedictam, osculando.

8o. Ut in actu visitationis parochiarum et missionum, et etiam communitatum tam sæcularium quam regularium, lucrari possint Episcopus et ejus coadjutor, necnon totus clerus ac Christifideles omnes indulgentiam plenariam pro una vice tantum in qualibet parœcia seu missione, aut districtu, dummodo ii qui presbyteri sunt celebrent S. Missæ sacrificium, et alii contriti, confessi ac sacra communione refecti pias ad Deum preces fuderint pro S. Fidei propagatione et juxta mentem Sanctitatis Suæ.

9o. Benedicendi coronas, cruces et sacra numismata, iisque applicandi indulgentias a S. Sede determinatas, necnon erigendi confraternitates a S. Sede adprobatas, Confraternitate SSmi Rosarii excepta, iisque adscribendi Christifideles cum applicatione omnium indulgentiarum et privilegiorum quæ SS. PP. iisdem Confraternitatibus impertiti sunt : addita insuper potestate has facultates communicandi presbyteris sacro ministerio fungentibus, dummodo, pro benedictione coronarum, sint ad recipiendas sacramentales confessiones approbati.

10. Erigendi pium exercitium Viæ Crucis in locis sibi subjectis, dummodo non adsint Franciscales, cum applicatione omnium indulgentiarum quæ hujusmodi exercitium peragentibus a SS. PP. impertitæ sunt, et applicandi easdem indulgentias Christi Crucifixi imaginibus et crucibus, quibusdam in casibus prudentia et judicio Episcopi seligendis.

11. Declarandi privilegiatum in qualibet ecclesia suae diœcesis unum altare, dummodo

aliud privilegiatum non adsit pro cunctis missae sacrificiis quae a quocumque presbytero in eo altari celebrabuntur.

(d) Die 2 Septembris 1911, SSmus D. N. D. Pius Divina Providentia Papa X, per facultates R. P. D. Adsessori S. Officii impertitas, universis christifidelibus, qui perdurante tempore expositionis solemnis SSmi Eucharistiæ Sacramenti per Quadraginta Horas continuas ac nonnisi noctis tempore interruptas, semel in anno in quavis ecclesia diœcesis Trifluvianæ peragendæ, eandem ecclesiam confessi ac S. Synaxi refecti devote visitaverint ibique ad mentem S. Pontificis oraverint, plenariam Indulgentiam, defunctis quoque adplicabilem, semel tantum præfato tempore lucrandam, benigne concessit, iis vero qui corde saltem contrito ac devote SSmum Sacramentum uti supra expositum in memoratis ecclesiis adoraverint, quoties id egerint, indulgentiam septem annorum, totidemque quadragenarum, uti supra adplicabilem eadem Sanctitas Sua clementer elargita est. Præsenti ad quinquennium valituro.

II

SACRA CONGREGATIO CONCILII

(a) Die 15 Aprilis 1909 ad quinquennium concessit sequentes facultates :

1o. Absolvendi et dispensandi in quacumque simonia, et in reali, dimissis beneficiis, et super fructibus male perceptis, iniuncta aliqua eleemosyna vel pœnitentia salutari, arbitrio dispensan

tis, vel etiam, retentis beneficiis, si fuerint parochialia et non sint qui parochiis præfici possint.

2o. Assignandi pensionem parochis vel missionariis ex infirmitate resignantibus parœcias, vel missiones in quas per decem annos incubuerunt ; solvendam annuatim a successore, non excedentem tertiam partem fructuum quorumlibet provenientium ex parœciis vel missionibus ; nec non permitttendi parochis sibi subjectis, dummodo legitima concurrat causa, ut iis diebus festis, quibus fideles apostolica Auctoritate soluti sunt ab obligatione missam audiendi, ab applicacanda Missa pro populo abstinere valeant, dummodo pro eodem populo in ejusmodi Missa specialiter orent.

3o. Recitandi privatim, legitima concurrente causa, Matutinum cum laudibus diei sequentis, statim elapsis duabus horis post meridiem, eamdemque facultatem ecclesiasticis viris sive saecularibus sive regularibus communicandi.

4o. Induendi se vestibus saecularibus, ubi circumstantiæ personarum vel locorum id postulaverint, nec non substituendi propter legitimum impedimentum, rosarium vel alias preces in locum breviarii, eamdemque facultatem communicandi aliis.

5o. Dispensandi, quando expedire videbitur, super esu carnium, ovorum et lacticiniorum tempore ieiuniorum et quadragesimae, non tamen per generale indultum, sed in casibus particularibus; nec non permittendi catholicis sibi subjectis ut diebus, quibus carnium esus vetatur, remoto scandalo, valeant acatholicis,

quos contigerit in sua esse mensa, carnes praebere.

(b) Die 7 Februarii 1912, ad decennium a die promulgationis Concilii plenarii computandum, concessit, auctoritate SSmi D. N. Pii PP. X., attentis peculiaribus circumstantiis in quibus diœceses Canadiensis ditionis versantur, singulis Praesulibus pro tempore existentibus, indultum quo ad solemnitates a iure circa alienationem bonorum ecclesiasticorum statutas non adstringuntur; ea tamen lege ut praefata facultate utantur perspecta prius ex Consultorum consilio necessitate vel evidenti utilitate Ecclesiae, utque in fine cujuslibet triennii Episcopi ad S. Congregationem referant quibus in casibus et pro quibus summis ea usi sint, exposito etiam statu œconomico illarum diœceseon pro quibus aes alienum contractum fuit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

(c) Die [illegible] Februarii 1912 ad tempus indefinitum :

1o. Ut parochi ditionis Canadensis, in festis Annuntiationis B. M. V., Corporis Christi, ss. Apostolorum Petri et Pauli, quorum solemnitas in Dominicam transfertur, quibusque fideles ab obligatione audiendi missam Apostolica auctoritate soluti sunt, ab onere applicandi missam pro populo in posterum exempti sint.

2o. Ut, quoad praeteritum, ordinati titulo missionis pro aliqua diœcesi iuri communi subjecta, existimentur ordinati titulo servitii ecclesiae.

3o. Ut, apostolica auctoritate, pro tota regione Canadensi, extendatur privilegium jam ecclesiis Americae Septentrionalis Fœderatae concessum, scilicet quod defensor in causis episcopalibus sit semper vir ecclesiasticus.

III

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

(a) Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a SS. D. Pio PP. X sibi tributarum, die 16 martii 1911, Ordinario Trifluviano infrascriptas ad quinquennium communicat facultates, quibus uti nequeat extra fines suæ diœcesis :

1o. Conferendi Ordines extra tempora et non servatis interstitiis usque ad Presbyteratum inclusive, si Sacerdotum necessitas ibi fuerit.

2o. Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus ante sacram ordinationem sive ex delicto sive ex defectu contractis, exceptis illis quæ vel ex bigamia vera vel ex homicidio voluntario proveniunt : et in his etiam diobus casibus, si praecisa necessitas operariorum ibi fuerit, si tamen quoad homicidium voluntarium ex hujusmodi dispensatione scandalum non oriatur.

3o. Dispensandi super defectu ætatis unius anni ob operariorum penuriam, ut promoveri possint ad Sacerdotium, si alias idonei fuerint.

4o. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita tamen ut in prima missa non sumpserit ablutionem : per unam horam ante auroram et aliam

post meridiem, sine ministro et sub dio et sub terra in loco tamen decenti. Caveat vero ne prædicta facultate seu dispensatione celebrandi bis in die aliter quam ex gravissimis causis et rarissime utatur, in quo graviter ipsius conscientia oneratur. Quod si hanc eamdem facultatem alteri sacerdoti, juxta potestatem inferius apponendam communicare aut causas ea utendi alicui, qui a S. Sede hanc facultatem obtinuerit, approbare visum fuerit, serio ipsius conscientiæ iniungitur, ut paucis dumtaxat, iisque maturioris prudentiæ ac zeli, et qui absolute necessarii sunt, nec pro quolibet loco, sed ubi gravis necessitas tulerit et ad breve tempus eamdem communicet aut respective causas approbet.

5o. Deferendi Sanctissimum Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab hæreticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii.

6o. Dispensandi super impedimentis matrimonialibus infra recensitis, dummodo tamen mulier rapta non fuerit, vel si rapta, in potestate raptoris non existat, facta in unoquoque casu expressa mentione facultatis ab hac S. Congregatione obtentæ, necnon temporis ad quod fuerit, concessa.

(a) Super impedimento consanguinitatis et affinitatis in tertio et quarto gradu simplici et mixto tantum, et in secundo, tertio et quarto mixtis, tam in contractis quam in contrahendis.

(b) Super impedimento publicæ honestatis ex sponsalibus proveniente.

(c) Super impedimento criminis neutro tamen coniugum machinante.

(d) Super impedimento cognationis spiritualis, præterquam inter levantem et levatum, baptizantem et baptizatum.

7o. Communicandi præfatas facultates, exceptis tamen iis quæ requirunt ordinem episcopalem, sacerdotibus idoneis, qui in sua diœcesi laborabunt.

8o. Dispensandi cum quindecim Diaconis suæ jurisdictioni subjectis super defectu ætatis octodecim mensium, ut eo non obstante ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promeveri possint, dummodo idonei sint, et nullum aliud eis obstet canonicum impedimentum.

9o. Promovendi ad sacros ordines Clericos suæ diœcesis, dummodo alias idonei sint, titulo servitii Ecclesiæ, hoc est diœcesis, quoties alio canonico titulo careant.

10o. Dispensandi in matrimoniis sive contractis sive contrahendis super impedimentis matrimonialibus infra recensitis, facta in unoquoque casu expressa mentione facultatis ab hac S. Congregatione obtentæ necnon temporis ad quod fuerit concessa:

(a) Super impedimento affinitatis in primo lin.coll.gradu ex copula licita.

(b) Super impedimento consanguinitatis vel affinitatis secundi gradus admixti cum primo in linea transversali.

(c) Super impedimento consanguinitatis vel affinitatis in secundo lin. col. gradu.

(d) Super impedimento cognationis spiritualis inter levantem et levatum.

(e) Super publico impedimento affinitatis ex copula illicita provenientis in linea sive collaterali sive recta, dummodo, si de primo gradu lineæ rectæ agatur, nullum subsit dubium quod conjux sit proles ab altero contrahentium genita.

11o. Declarandi legitimam prolem conceptam ante dispensationis concessionem, si id a contrahentibus expresse petatur, et dummodo non agatur de prole in adulterio concepta.

12o. Convalidandi literas dispensationis ab Apostolica Sede expeditas super quovis canonico impedimento, quæ nullæ factæ fuerint ob errorem nominis vel cognominis contrahentium in matrimoniis tam contrahendis quam contractis.

13o. Utendi facultatibus sibi tributis dispensandi super impedimentis matrimonium dirimentibus singillatim sumptis, etiam cumulative in casibus in quibus duo vel plura simul concurrunt ex prædictis impedimentis.

14o. Sanandi in radice matrimonia contracta quando comperitur adfuisse impedimemtum dirimens, super quo ex Apostolicæ Sedis indulto dispensare ipse possit, magnumque fore incommodum requirendi a parte ignara impedimenti de effectu hujus sanationis.

Ordinarius autem in singulis concedendis dis-

pensationibus super impedimentis matrimonium dirimentibus curet ut sic dispensati aliquam taxam juxta vires persolvant quam ipse Ordinariusad hanc Sacram Congregationem transmittet.

(b) Die 13 Februarii 1912 ad quinquennium. Vigore facultatum a SSmo Dno Nostro Papa X sibi tributarum, gratiam benigne impertitur, ut Ordinarii Ditionis Canadensis concedere possint facultatem asservandi SS. Eucharistiæ Sacramentum in Capellis seu Oratoriis piarum Communitatum, dummodo non agatur de capellis seu Oratoriis ad communitates religiosas pertinentibus, et Missa ibidem saltem semel in hebdomada celebretur ; servatis in reliquis de iure servandis.

(c) Die 13 Februarii 1912 ad quinquennium concessit :

Archiepiscopis et Episcopis totius Ditionis Canadensis, extra Vicariatus et præfecturas apostolicas, vigore facultatum a SS. D. N. Pio Papa X sibi tributarum, ordinandi clericos, quoties canonico titulo careant, eosque ad majores ordines promovendi titulo servitii ecclesiæ, hoc est Diœcesis. Monentur tamen Ordinarii ut qui ita promoti sunt, honestæ sustentationis rationibus non careant et ut ii qui juxta Constitutionem "Spiculatores" et decreta S. C. Concilii de excardinatione et sacra ordinatione, 20 Julii 1898 et 24 Novembris 1906, ad juramentum præstandum tenentur, huic obligationi, prout ibi præscriptum est, et non ultra, satisfaciant.

(d) Die 9 Martii ad decennium concessit :

Archiepiscopis et Episcopis totius Ditionis Canadensis, vigore facultatum a SS. D. N. Pio Papa X sibi tributarum, facultatem adhibendi justis de causis, in Baptismo adultorum, easdem cæremonias quæ adhibentur in parvulorum Baptismo, in casibus tantum in quibus ex usu longioris formulæ, pro adultis in rituali statutæ, aliquod notabile incommodum obventurum timeatur, aliisque servatis de jure servandis.

(e) Die 21 martii 1911, ad aliud biennium concessit :

Episcopo Trifluviano renovationem facultatis utendi pro alumnis aliarum diœcesium in suo Seminario degentibus, quique ad S. Ordines promovendi sunt, facultatibus sibi concessis quoad tempora, interstitia, irregularitates et defectum ætatis.

IV

SACRA RITUUM CONGREGATIO.

(a) Die 23 martii 1909, ad quinquennium concessit Rmo Episcopo Trifl. facultatem :

1o. Delegandi suum pro tempore Vicarium Generale, Dignitates et Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, Præpositos, Archipresbyteros, Parochos, Ecclesiarum Rectores, Vicarios Foraneos, aliosque sibi benevisos suæ Diœcesis Sacerdotes in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad benedictionem omnium quorumcumque ad divinum

cultum spectantium, in quibus Sacra Unctio non adhibetur.

2o. Ut Rmus F. X. Cloutier deputare valeat unum, vel alterum ex suis Vicariis Generalibus ad consecrationem Patenarum et Calicum, in usum Ecclesiarum atque Oratoriorum sibi creditæ Diœcesis, dummodo Vicarius delegatus adhibeat formam in Pontificali Romano præscriptam, Titulo De Patenæ et Calicis consecratione.

3o. Subdelegandi suum pro tempore Vicarium Generalem, Dignitates et Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, Præpositos, Archipresbyteros, Parochos, Ecclesiarum Rectores, Vicarios Foraneos, aliosque sibi acceptos suæ Diœcesis Sacerdotes in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad benedictionem Nolarum in usum sacrum, intra fines ejusdem diœcesis ; dummodo ipsi adhibeant formam approbatam, quæ habetur in Appendice Ritualis Romani ; et quoad Nolas pro Ecclesiis consecratis, vel consecrandis, decentius servant ritum in Pontificali Romano præscriptum ; ipsa non excepta aquæ benedictione, si qua legitima causa id exigat.

4o. Ut Rmus F. X. Cloutier, ob defectum sacerdotum, Consecrationem Sanctorum Oleorum eo presbyterorum numero et sacrorum ministrorum numero conficere possit, quem pro loci rerumque adiunctis liceat reperire.

5o. Concedendi Missionariis potestatem benedicendi aquam baptismalem ea breviori formula, qua S. Pontifex Paulus III Missionariis Peruanis uti concessit, pro casu tamen necessitatis.

6o. Delegandi ad reconciliationem Ecclesiarum et Cœmeteriorum sibi commissæ Diœcesis, in quibus quomodolibet pollutis sacra fieri nequeant, suum pro tempore Vicarium Generalem, Dignitates, et Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, Præpositos, Archipresbyteros, Parochos aliosque sibi benevisos suæ Diœcesis Sacerdotes in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos; dummodo iidem pro diversitate Ecclesiarum adhibeant formulam vel in Pontificali vel in Rituali Romano adnotatam.

7o. Ut Rmus F. X. Cloutier deputare valeat suum pro tempore Vicarium Generalem, vel Prælatos aut Præpositos, si qui sint, suæ Diœceseos Pontificalium usum habentes ad consecrationem lapidum altarium, vulgo *pietre sacre*, in usum Ecclesiarum et Oratoriorum sibi commissæ Diœcesis, servata forma a Pontificali Romano præscripta.

(b) Die 30 Aprilis 1909 ad quinquennium concessit prorogationem :

Indulti, quo tribuitur Rmo F. X. Cloutier facultas benedicendi numismata S. Benedicti Abbatis, sub iisdem clausulis et conditionibus præcedentis rescripti.

(c) Die 19 maii 1909 ad tempus indefinitum indulsit ut F. X. Cloutier, Episcopus Trifluvianen, benedicere valeat, et Fidelibus utriusque sexus distribuere Cingula in honorem Sancti Josephi Beatæ Mariæ Virginis Sponsi; dummodo tamen in benedictione eorumdem Cingulorum ipse servet religiosissime formulam præscriptam.

(d) Die 2a Sept. 1912 ad quinquennium precibus Episc. Trif. annuit, ut in singulis Ecclesiis Parochialibus, seu quasiparochialibus suæ Diœceseos Missæ cum cantu, vel etiam lectæ de Requie bis in hebdomada celebrari possint, sed hæ postremæ Missæ tantum die obitus, aut depositionis alicujus defuncti, vel die III, VII, XXX, aut anniversaria ; necnon quando Missæ cum cantu permissæ, cantari nequeant ; dummodo in utroque casu non occurrat aliquod Festum duplex primæ vel secundæ classis, aut Festum de præcepto servandum, aut Feria, Vigilia vel Octava ex privilegiatis : servatis de cetero Rubricis.

V

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

(a) Die 23 martii 1909 ad quinquennium concessit Ordinario Trifluviano facultatem præficiendi parochiis regulares, eisque suos deputandi vicarios in defectu sæcularium de consensu Superiorum, servata in reliquis forma et tenore præcedentis indulti.

(b) Die 14 Aprilis 1909 ad quinquennium concessit facultatem confirmandi, servatis servandis, ad secundum triennium presbyteros sibi benevisos in officio Confessarii ordinarii monialium.

VI

SACRA CONGREGATIO INDICIS

(a) Die 26 martii 1909. Rev. D. F. X. Cloutier concessit licentiam legendi ac retinendi libros quoscumque prohibitos et ephemerides, sub custodia tamen ne ad aliorum manus deveniant.

(b) Eodem die ad quinquennium, Rmus Episcopus Trifl. obtinuit facultatem concedendi :

1o. Viris dumtaxat probis eruditisque licentiam legendi retinendique libros a Sede Apostolica prohibitos quoscumque (et ephemerides), iis exceptis, qui hæresim vel schisma propugnant, aut ipsa religionis fundamenta evertunt : quorum lectionem iis tantum permittere valeat, quos doctrina, pietate, fideique zelo præstantiores esse perspectum habeat ; librorum vero de obscœnis ex professo tractantium lectionem nemini permittat.

2o. Adolescentibus, qui in publicis scholis, gymnasiis, lyceis, academiis studiis operam dant, concedere similiter licentiam possit, libros ab eadem Sede Apostolica proscriptos quos laicæ potestatis imperio præ manibus habere coguntur, tamdiu legendi retinendique, quamdiu in ea necessitate versantur.

Licentiæ autem prædictæ gratis quovis titulo, atque absque quolibet emolumento a curia episcopali percipiendo, sub pœna nullitatis, concedendæ sunt, atque in singulis concessionis litteris facultatis Apostolicæ expressio est facienda.

VII

SACRA PŒNITENTIARIA

Die 19 maii 1909 ad decennium, Ordinario Trifluviano communicavit :

Facultates tum absolvendi a censuris, non obstante Constitutione Apostolicæ Sedis, tum dispensandi, quibus pro foro conscientiæ, etiam extra sacramentalem confessionem et extra diœcesim, quatenus vel ipse vel subditus vel uterque extra diœcesim fuerint, pro grege ipsi commisso, ex speciali Sedis Apostolicæ auctoritate ipsi delegata uti valeat ; quasque intra fines diœcesis tantum canonico pœnitentiario necnon vicariis foraneis, pro foro pariter conscientiæ ac in actu sacramentalis confessionis duntaxat, etiam habitualiter, si ipsi placuerit, aliis vero confessariis cum ad ipsum in casibus particularibus pœnitentium recursum habuerint, pro exposito casu impertiri possit, nisi ob peculiares causas aliquibus confessariis ab ipso specialiter subdelegandis, per tempus arbitrio suo statuendum, illas communicare iudicabit.

I. Absolvendi quoslibet pœnitentes, exceptis hæreticis publice dogmatizantibus, a quibusvis censuris et pœnis ecclesiasticis quibus obnoxii sint ob hæreses tam nemine audiente quam coram aliis prolatas, ob defensionem et favorem præstitum hæreticis et eo quod ipsis crediderint, ob infidelitatem et catholicæ fidei abjurationem privatæ admissas, ob sortilegia ac maleficia hæreticalia etiam cum sociis patrata, necnon ob dæmonis invocationem cum pacto etiam donandi ani-

mam eique præstitam idolatriam ac supertitiones hæreticales exercitas ac demum ob quæcumque insinuata falsa dogmata, postquam tamen pœnitens magistros ex professo falsæ doctrinæ, si quos noverit, prout de jure denuntiaverit, et quatenus ob justas causas nequeat ante absolutionem denuntiare, facta a pœnitente seria promissione denuntiandi quam primum et meliori modo quo fieri poterit et postquam in singulis casibus coram absolvente hæreses secrete abjuraverit et pactum cum maledicto dæmone initum expresse revocaverit, tradita eidem absolventi syngrapha forsan exarata aliisque mediis superstitiosis ad omnia comburanda seu destruenda : iniuncta pro modo excessuum gravi pœnitentia salutari cum frequentia sacramentorum et obligatione se retractandi apud personas coram quibus hæreses manifestavit et reparandi illata scandala.

II. Absolvendi a censuris ob retentionem vel lectionem librorum quorumlibet prohibitorum contractis, iniuncta congrua pœnitentia salutari, firma manente obligatione tradendi prout de jure, sive per se sive per alium, absque ulla mora vel saltem comburandi seu destruendi, et quatenus fieri poterit ante absolutionem libros prohibitos quod pœnitens in sua potestate retineat.

III. Absolvendi a censuris impedientes directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticæ, sive interni sive externi fori et ad hoc recurrentes ab forum sæculare eiusque mandata procurantes, edentes aut auxilium, consilium vel favorem præstantes ; iniunctis tamen de iure iniungendis.

IV. Absolvendi a censura simpliciter reservata eos qui quomodocumque violentas manus, suadente diabolo, injecerunt in clericum vel utriusque sexus monachos etiamsi casus sit publicus, non tamen morte secuta, dummodo scandalum removeatur, ac parti læsæ atque Ecclesiæ, prout oportet, satisfiat, iniuncto pro gravitate criminis congrua pœnitentia.

V. Absolvendi a censuris contra duellantes statutis in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis, iniuncta gravi pœnitentia salutari et aliis iniunctis, quæ fuerint de iure iniungenda.

VI. Absolvendi a censuris et pœnis ecclesiasticis eos qui sectæ massonicæ aliisque ejusdem generis nomen dederint, aut qualemcumque favorem præstiterint, etiamsi publice cognoscantur, ita tamen ut a respectiva secta omnino se separent eamque abjurent, libros, manuscripta ac signa sectam respicientia, si quæ retineant, in manus absolventis tradant, ad Ordinarium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si justæ gravesque causæ id postulent, comburenda : iniuncta pro modo culparum gravi pœnitentia salutari cum frequentia sacramentalis confessionis aliisque iniunctis : necnon absolvendi eos qui ejusmodi sectarum duces et coriphæos occultos denuntiare culpabiliter neglexerint, iniuncta pariter salutari pœnitentia et firma obligatione sub reincidentia eosdem Ordinario vel aliis ad quos spectat prout de iure denuntiandi.

VII. Absolvendi a censuris incursis ob violationem clausuræ regularium utriusque sexus,

dummodo non fuerit commissa ad malum finem, etiam effectu non secuto, nec casus fuerint ad forum externum deducti; cum congrua pœnitentia salutari. Et insuper absolvendi mulieres tantum a censuris et pœnis ecclesiasticis ob violationem ad malum finem clausuræ virorum religiosorum incursis, dummodo tamen casus occulti remaneant, iniuncta gravi pœnitentia salutari cum prohibitione accedendi ad ecclesiam aut conventum seu cœnobium dictorum religiosorum durante occasione peccandi.

VIII. Absolvendi religiosos cuiuscumque ordinis (etiam moniales per confessarios tamen pro Ipsis approbatos vel specialiter deputandos) non solum a præmissis sed etiam a casibus et censuris in sua religione reservatis, dummodo religiosi apud confessarium subdelegatum legitimam habuerint licentiam peragendi confessionem sacramentalem.

IX. Absolvendi in sacramentali confessione a casu munerum acceptorum a regularibus utriusque sexus, iniuncta pœnitentia salutari, et quando agitur de muneribus, quæ valorem viginti scutatorum non excedant, imposita aliqua eleemosyna absolventis arbitrio taxanda et caute eroganda, cum primum poterit, in beneficium conventus vel religionis cui facienda esset restitutio, dummodo tamen non constet quod illa fuerint de bonis propriis religionis: quatenus vero accepta munera vel fuerint ultra valorem viginti scutatorum vel constet fuisse de bonis propriis religionis, facta prius restitutione, vel si statim fieri nequeat, præstita seria promissione

restituendi infra terminum ab absolvente præfiniendum.

X. Dispensandi ad petendum debitum conjugale cum transgressore voti castitatis privatim emissi qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, hujusmodi pœnitentem monendo ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si marito vel uxori respective supervixerit.

XI. Dispensandi cum incestuoso seu incestuosa ad petendum debitum conjugale, cujus ius amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea vel consanguineo sive in primo, sive in primo et secundo, sive in secundo gradu suæ uxoris seu respective mariti; remota occasione peccandi, et iniuncta gravi pœnitentia salutari et confessione sacramentali singulis mensibus per tempus arbitrio dispensantis statuendum.

XII. Dispensandi super occulto impedimento primi, necnon primi et secundi ac secundi tantum gradus affinitatis ex illicita copula provenientis, quando agitur de matrimonio cum dicto impedimento jam contracto, et quatenus agatur de copula cum suæ putatæ uxoris matre dummodo illa secuta fuerit post ejusdem putatæ uxoris nativitatem et non aliter : monito pœnitente de necessaria secreta renovatione consensus cum sua putata uxore vel suo putato marito, certiorato seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute ut ipsius pœnitentis delictum nusquam detegatur : et quatenus hæc certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato

consensu juxta regulas a probatis auctoribus traditas : remota occasione peccandi ac iniuncta occasione peccandi ac iniuncta gravi pœnitentia salutari et confessione sacramentali semel in mense per tempus dispensantis arbitrio statuendum.

Item dispensandi super dicto occulto impedimento, seu impedimentis affinitatis ex copula illicita etiam in matrimoniis contrahendis, dispensandique facultatem subdelegandi, etiam habitualiter parochis suæ diœcesis, quando tamen omnia parata sint ad nuptias, nec matrimonium usque dum ab Apostolica Sede obtineri possit dispensatio absque periculo gravis scandali differri queat ; remota semper occasione peccandi, et firma manente conditione quod copula habita cum matre mulieris hujus nativitatem non antecedat ; iniuncta in quolibet casu pœnitentia salutari.

XIII. Dispensandi super occulto criminis impedimento dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto : monitis putatis conjugibus de necessaria consensus secreta renovatione, et iniuncta gravi pœnitentia salutari et confessione sacramentali semel singulis mensibus per tempus dispensantis arbitrio statuendum.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento dummodo sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, in casibus tamen urgentioribus in quibus tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem : iniuncta gravi pœnitentia salutari et confessione sacramentali

semel singulis mensibus per tempus dispensantis arbitrio statuendum.

Mens autem S. P. est 1o. ut si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra prædictum terminum his facultatibus Ordinarius uti contingat, absolutionem seu dispensationes exinde impertitæ ratæ sint et validæ ; 2o ut iniunctio confessionis sacramentalis, de qua sub nn. XI, XII et XIII non sit irritativa sed tantum praeceptiva ; 3o. ut his facultatibus non solum singillatim sed etiam cumulatim in uno eodemque casu uti possit.

POUVOIRS ACCORDES

AUX CHANOINES DE LA CATHEDRALE DES TROIS-RIVIERES

I. BÉNÉDICTIONS

Les Chanoines, tant Honoraires que Titulaires, pourront faire quelques-unes des bénédictions qui, d'après le Rituel Romain, sont réservées aux évêques, savoir :

1o Bénir solennellement les Croix et les Images.

2o Bénir les objets du culte, les vêtements sacerdotaux, les nappes, les corporaux, les ciboires et les tabernacles.

(Cfr 2nd indult du 23 mars 1909.)

II. JURIDICTION

I. Les Chanoines, titulaires ont le privilège et le pouvoir de confesser et de prêcher dans toute l'étendue du diocèse des Trois-Rivières.

(Voir Constitutions du chap. p. 39.)

II. Les mêmes pourront en outre entendre les confessions des Religieuses dans toutes les communautés du diocèse comme confesseurs extraordinaires particuliers, observant cependant les règles imposées par le droit canonique en cette matière, et surtout prêtant une spéciale atten-

tion à la réponse de la S. Cong. des EE. et RR. du 1er février 1891 ad 2um : "Le confesseur est-il tenu en conscience de refuser d'entendre la confession d'une religieuse si elle n'a pas de motifs suffisants ?

Rep. ; Affirmative.

NOTA.—La raison requise ici, d'après S. Frs de Sales et les Normes No. 145, existe du moment que la demande n'est pas inspirée "ex animi lævitate neque indiscreta affectionis singularitate."

(Past. Curæ de Ben. XIV.)

III. Les Chanoines, tant Honoraires que Titulaires, qui sont curés pourront communiquer juridiction pour prêcher et confesser dans leurs paroisses, aux prêtres soit séculiers soit réguliers, qui seraient de passage chez eux, pourvu que ces prêtres soit approuvés à cette fin dans leurs diocèses respectifs, et qu'ils portent un écrit authentique de leur aptitude, comme l'exige Sa Sainteté Pie X dans son Motu proprio du 1er septembre 1910.

IV. Præterea omnibus Canonicis Ecclesiæ Cathedralis facultatem intra fines nostræ diœcesis exercendam concedimus restituendi jus amissum petendi debitum ; remota occasione peccandi, et injuncta gravi pœnitentia salutari et confessione sacramentali singulis mensibus per tempus arbitrio dispensantis statuendum.

V. Item facultatem intra fines hujusce diœcesis exercendam concedimus dispensandi et commutandi vota simplicia in alia pia opera, excep-

tis votis Rom. Pont. reservatis nec non voto simplice castitatis etiam imperfectæ.

ABSOLUTION DES CAS ET DES CENSURES RÉSERVÉS

Les Chanoines Titulaires ont le pouvoir d'absoudre des cas et des censures réservés aux évêques.

Voici ces cas :

1o Réservés par le premier conc. prov. de Québec

(a) Concubinatus publicus et notorius ;

(b) Locatio domus scienter facta meretricibus publice notis ;

(c) Perjurium. (V. Conc. de Québec d. XIII.)

2o Réservés par la Const. "Apost. Sedis" de Pie IX :

(a) Contra clericos in sacris constitutos, vel regulares aut moniales post votum solemne castitatis, matrimonium contrahere præsumentes ; necnon omnes cum aliqua ex prædictis personis matrimonium contrahere præsumentes ;

(b) Contra procurantes abortum, effectu secuto ;

(c) Litteris apostolicis falsis scienter utentes, vel crimini ea in re cooperantes.

3o Violantes decretum "Vigilanti" de la S. C. C., 25 maii 1893.

(a) Mercatores laici quocumque modo colligentes missarum stipendia qui deinde sacerdotibus non pecuniam sed libros aut alias merces rependunt.

(b) Laici tradentes missas mercatoribus aliisque collectoribus, sive non recipiunt quidquam ab eisdem nomine præmii.

4o Violentes decretum "*Ut debita*" de la S. C. C. 11 mai 1904 :

Numeri : 8, 9, 10, 11, hujusmodi decreti damnant quodlibet genus mercimonii missarum etiam pro operibus piis. Laici violantes hoc decretum incurrunt excommunicationem episcopis reservatam.

Remarques : Les prêtres qui transgressent les prescriptions des decrets "*Vigilanti*" et "*Ut debita*" encourent, ipso facto, la suspense a Divinis, simplement réservée au S. Siège ; les autres clercs demeurent suspens des ordres reçus et à recevoir ; en outre, ils deviennent irréguliers ; ils ne peuvent être dispensés que par le Souverain Pontife.

CAS RÉSERVÉS AU SAINT SIÈGE

Quant aux cas réservés au Souverain Pontife avec ou sans censure, les Chanoines, comme d'ailleurs les autres confesseurs, peuvent donner l'absolution de ces fautes même directement, s'il est pénible pour le pénitent d'attendre une autorisation de Rome ; ensuite, ils doivent exposer le cas à la Sacrée Pénitencerie qui dans la réponse indique que faire. Adresse : A son Eminence

(aujourd'hui, Serafino Vannutelli) Grand Pénitencier, Palazzo della Cancelleria. Roma.

Dans ce diocèse, vu les pouvoirs très étendus accordés à l'Evêque, il suffit d'écrire à lui-même ou à ses Vicaires Généraux.

On peut acquérir une connaissance complète de cette théorie en consultant les réponses données par la S. Congr. du S. Office en date du 23 juin 1886 ; 19 août 1891 ; 16 juin 1897 ; 9 novembre 1898 ; 7 juin 1899 ; 5 septembre 1900 ; 19 décembre 1900 ; 6 septembre 1909.

Dans le danger au moins probable de mort prochaine, il suffit de se rappeler qu'alors toute réserve cesse. (Conc, Trid. Sess. 14 c. 7.)

PRÉSÉANCE

Les Chanoines, même pris isolément, ont la préséance sur tous les autres prêtres dans toute l'étendue du diocèse. (voir Const. du ch. p. 41) Mais le curé dans sa propre église à la préséance sur les Chanoines à moins que ceux-ci n'accompagnent l'Evêque.

TARIF ET DROITS DE CHANCELLERIE

1o. Le nouveau tarif du casuel, tel qu'énoncé plus bas, est en force dans le diocèse depuis le 1er janvier 1912.

2o. Ce tarif *oblige en conscience*, et il annule, sans qu'il soit besoin de mention spéciale, tous les autres tarifs actuellement en vigueur dans le diocèse, quels qu'aient été les termes de leur approbation, ainsi que tout privilège accordé verbalement ou par écrit, en vertu duquel le curé ou desservant aurait le droit de retenir en tout ou en partie, les honoraires des grand'messes, des mariages, des services, etc.

3o. Le nouveau tarif est obligatoire dans toutes les paroisses et missions, présentes et futures, du diocèse, excepté : 1o. l'église cathédrale, où, cela se conçoit, les prix doivent être plus élevés ; 2o. les paroisses et missions, qui n'ont encore qu'une chapelle provisoire. Mais aussitôt que celles-ci auront leurs églises, elles devront prendre le tarif commun.

4o. Les fabriques qui n'ont pas les décorations exigées par tels numéros des mariages, des services, etc., devront se les procurer, et, en attendant, s'interdire ces numéros.

4o. Il est strictement défendu d'ajouter ou de retrancher quoi que ce soit aux tentures de l'église, aux parures des autels, à la quantité des cierges, etc.

6o. Les tentures de l'église, les parures des autels et de la balustrade, les bouquets, les fauteuils et prie-Dieu, les tapis, etc., ainsi que les cierges et tout ce qui pourra en rester après la consommation partielle,*dans n'importe quelle cérémonie* ou *fonction liturgique*, seront la propriété *exclusive* de la fabrique.

I

MARIAGES

No. 1. Parure de fête au maitre-autel et six cierges; tapis dans le chœur; ornements de première classe (a); sur la balustrade: tapis, 5 candélabres et 6 bouquets de première classe; sur le pavé: tapis, 6 fauteuils et 6 prie-Dieu couverts; grandes portes ouvertes; orgue; toutes les cloches; bénitier de première classe; 2 servants. $20.00

No. 2. Six cierges et six bouquets au maître-autel; ornements de première classe (b); bénitier de première classe; sur la balustrade: tapis, 2 candélabres, 6 bouquets de première classe, plateau de première classe; sur le pavé: tapis, 6 fauteuils et 6 prie-Dieu couverts; grandes portes ouvertes; orgue; toutes les cloches; 2 servants. $15.00.

No. 3. Six cierges au maître-autel; ornements de première classe (b); bénitier de première classe; sur la balustrade; tapis; 6 cierges et 6 bouquets de première classe; plateau de première classe; sur le pavé: tapis; 6 chaises et 6 prie-Dieu non couverts; orgue; 3 cloches; 2 servants. $10.00.

No. 4. A l'autel, 2 cierges : sur la balustrade: tapis, 4 cierges et 4 bouquets, plateau ordinaire ; sur le pavé : tapis, 4 chaises ; 2 cloches : 1 servant. $5.00.

No. 5. Sur la balustrade : 2 cierges et 2 bouquets, plateau ordinaire : sur le pavé : 4 chaises : 1 cloche : 1 servant. $2.50.

A chacun de ces numéros, la part allouée au curé comporte pour lui l'obligation de célébrer ou de faire célébrer la messe pour les époux.

Aux trois premiers numéros, il pourra y avoir messe chantée, et alors, on ajoutera l'honoraire d'une grand'messe, $3.00 et la fabrique fournira 2 chantres.

Hors ce cas, ce sont les amis des époux qui font le chant gratuitement à l'orgue.

Les heures des mariages seront de 5 hrs. a. m. (angelus) à 8 hrs. a. m. du 1er mai au 1er octobre ; et de 6 hrs. a. m. (angelus) à 8.30 a. m., du 1er octobre au 1er mai.

Selon la règle de l'Eglise, le mariage est suivi de la messe, qui est propre, rubricis servandis, et pendant laquelle on donne la bénédiction nuptiale. Si quelquefois, pour des raisons péremptoires, le curé est obligé de tolérer une autre heure, il exigera alors $5.00, et fera le mariage sans dire la messe, et sans mettre de parure. L'heure de ces mariages exceptionnels sera de 4 hrs. a. m. à 5 hrs. a. m., du 1er mai au 1er octobre, et de 4.30 hrs. a. m. à 5.30 hrs. a. m. du 1er octobre au 1er mai. Pour prendre une autre heure, il faudrait une permission de l'évêque.

II

SERVICES ET SÉPULTURES

No. 1. Banderoles de deuil: colonnes du sanctuaire et stalles en noir: 4 lustres illuminés, ou lumière équivalente par lampes électriques ou autres; 3 autels en violet avec 6 cierges chacun; tous les châssis, la chaire et les jubés en noir; catafalque au complet et garni ds 60 cierges; drap mortuaire de première classe; encensoir et bénitier de première classe; orgue; toutes les cloches; ornements de première classe (a); 5 servants. $50.00.

No. 2. Tous les châssis, la chaire et les jubés en noir; 2 lustres illuminés ou lumière équivalente par lampes électriques ou autres; 3 autels en violet avec 6 cierges chacun; catafalque au complet avec 60 cierges; drap mortuaire de première classe; encensoir et bénitier de première classe; toutes les cloches; ornements de première classe (a); 5 servants. $40.00.

No. 3. Trois autels en violet avec 6 cierges chacun; les châssis du chœur et la chaire en noir; catafalque au complet avec 50 cierges; drap mortuaire de première classe; orgue; 3 cloches; ornements de première classe (b); 5 servants. $30.00.

No. 4. Trois autels en violet avec 6 cierges chacun; les châssis du chœur en noir; catafalque réduit avec 40 cierges; drap mortuaire de 2e classe; 2cloches (grosse et moyenne); ornements de 2e classe; 5 servants. $20.00.

No. 5. Trois autels en violet avec 6 cierges chacun; catafalque réduit avec 30 cierges; drap mortuaire de 2e classe; grosse cloche; ornement de 2e classe; 5 servants. $15.00

No. 6. (Bonne-Mort). Maitre-autel en violet avec 6 cierges; tréteaux avec 20 cierges; drap mortuaire ordinaire; moyenne cloche; ornements ordinaires; 5 servants. $8.00.

No. 7. Bas du maître-autel en violet avec 6 cierges; tréteaux avec 8 cierges; drap mortuaire ordinaire; petite cloche; ornements ord naires; 5 servants. $5.00.

Aux trois premiers numéros, il pourra y avoir diacre et sous-diacre aux conditions mentionnées plus bas.

III

SERVICES ANNIVERSAIRES

Même tarif que le précédent, excepté que les cinq premiers numéros seront diminués de $2.00.

Les heures des services seront de 7 hrs. a. m. à 9 hrs a. m. du 1er octobre au 1er mai, et de 7 hrs. a. m. à 8 hrs. a. m. du 1er mai au 1er octobre.

Service annuel pour les défunts de la St. Frs de Sales et de la Prop. de la Foi : No. de $20.00.

IV

LIBERAS

No. 1. Catafalque au complet avec 30 cierges; toutes les cloches; ornements et drap mortuaire

de première classe; orgue; chantres: 5 servants. $10.00

No. 2. Tréteaux avec 8 cierges; drap mortuaire de 2e classe; grosse cloche; 3 chantres: 5 servants. $5.00.

No. 3- Tréteaux avec 8 cierges: drap mortuaire ordinaire; petite cloche; 3 servants: office récité. $3.00.

V

SÉPULTURE D'ENFANTS

No. 1. Table ornée de six bouquets et de 20 cierges; orgue; 2 chantres; 5 servants; toutes les cloches; ornements de première classe. $8.00.

No. 2, Table ornée de 4 bouquets et de 10 cierges; 2 chantres; 5 servants; toutes les cloches; ornements de 2e classe. $5.00.

No. 3. Table ornée de 4 bouquets et de 8 cierges; grosse cloche; 3 servants, office récité. $3.00.

No. 4. Tréteaux et 4 cierges; petite cloche; 2 servants; office récité. $1.50.

Les cierges et les fosses sont compris dans le prix des services, des liberas et des petites sépultures.

Aux deux premiers numéros des sépultures d'enfants, il peut y avoir grand'messe; alors on en ajoute le prix: $3.00.

Les cierges doivent être de huit à la livre. On peut, si l'on veut, se servir de gros cierges, pourvu que le poids total soit le même.

Les cierges distribués aux fidèles offrent des inconvénients, et il faut tâcher de les faire disparaître. S'ils sont tolérés, on les met, comme extra, à la charge de ceux qui ont commandé le service.

Lorsque la fabrique cède ses droits sur la sépulture d'un pauvre, le curé cède aussi les siens. Le bedeau fait de même.

VI

DROITS DE FOSSES

Sépulture des étrangers sans aucune cérémonie.

1o.—Dans les lots de famille : (a) adultes $2.00; (b) enfants $1.00.

2o—Dans les terrains communs : (a) adultes $3.00 ; (b) enfants $1.50.

Du 15 de novembre au 15 de mai, ces prix sont augmentés de $1.00, à moins que les corps ne soient déposés au charnier.

VII

GRAND'MESSES SOLENNELLES

Parure au maître-autel ; 6 cierges; orgue; 2 chantres; 4 servants ; toutes les cloches ; ornements de première classe (b). $6.00.

Grand'messes ordinaires, ainsi qu'aux mariages et aux petites sépultures. $3.00.

Messes basses pendant les services, $2.00. chacune.

VIII

DIACRES ET SOUS-DIACRES

Pour diacre et sous-diacre aux services et aux messes solennelles, $4.00 en plus, ainsi que les frais de voyage des prêtres qu'on est obligé de faire venir d'ailleurs.

IX

SONNERIE AUX BAPTÊMES

5 cloches..............	$2.50
4 cloches	2.00
3 cloches..............	1.50
2 cloches..............	1.00
1 cloche...............	0.50

Ce revenu va tout entier à la fabrique.

X

GLAS SANS SERVICE NI SÉPULTURE

5 cloches..............	$4.00
4 cloches..............	3.00
